This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Mihi Ras, non Mc Rebus.

M.S.

Bibliothecæ
M. Hyacinthi Theodori Baron.
Antiqui Facultatis Medicinæ
Parisiensis Decani, nec non
Castrorum Regis et Exercituum
Protomedici.

CLAVDII GALENI PERGAMENI DE EVCHYMIA ET CACOCHYMIA, SEV DE BONIS MALISQVE SVCCIS GENERANDIS.

Ioanne Guinterio Andernaco interprete.

Adiectus est Pſellij Commentarius de victus ratione.

PARISIIS.
Apud Simonem Colinæum.
1530

IOANNES GVINTERIVS ANDERNACVS GVLIELMO LANGAEO CLARISSIMO OPTIMATI SALVTEM.

NVper ad musas meas reuersus, Commẽtarium Galeni περὶ εὐχυμίας, & κακοχυμίας, id est de bonis malisq; succis generãdis, è græca lingua in latinam cõuerti, Vir clarissime, quòd videlicet intellexissem & diu, & multum à studiosis desiderari: adhæc quòd omni propè hominum generi, non tantum medicis vtilissimũ fore sperarem. Quid enim ad valetudinem tuendam æquè conducit, ac nosse qui cibus malum, aut bonum: qui crassum, aut tenuẽ succũ procreet? Quippe haud raro solet accidere, vt qui nullo sępe delectu omnibus vescantur, grauissimas tandem in

ſcitiæ pœnas luant: dum hic tormini-
bus, ille viſceris alicuius inflammatio
ne, aut febri: alius vlceribus, aut putri-
dis abſceſſibus cõflictatur. Hunc ita-
q; libellum, latine nunc loquẽtem tuo
nomini dedico, Vir excellẽtiſſime: par
tim quòd tuæ vitæ inſtituto congrue-
re videtur, vt qui in principum aulis
verſantibus, aut maximarum rerum
molem ſuſtinentibus egregiam viuẽ-
di rationem præſcribat: partim vero,
quòd nulli iuſtius nũcupare poſſem, q̃
optimorum ſtudiorum Mœcenati &
patrono: vt vno verbo complectar,
vel tuum iſtum tam ſingularem in li-
teratos animum: vel laudum tuarum
ſummã. Si quærendus mihi eſt gene-
ris ſplendor, vnus occurris inter do-
ctos nobiliſſimus. Si cum genere eru-
ditio, ſolus audis inter nobiles doctiſ-
ſimus. Illud adijciẽdum inter vtroſq;
optimus. Omitto nunc, ne videar ex

profeſſo laudes tuas hic celebrare, ꝙ regi omnium quos ſol aſpicit, Maximo, ita placeas, vt ſubinde in grauiſſimis rebus συμφρέσβωρ, vt ait ille, ex tot proceribus adhibearis. nõ dico, ꝙ ſubinde apud potẽtiſſimos principes exteros, legationem tanta prudẽtia obeas, vt quaſi in admirationem tui omnes obſtupeſcant. Quæ cum ita ſe habeãt, ęqui boniq; laborem noſtrum conſules: dum liberalius otium maiora ſuppeditauerit. Vale. Pridie Calendas Auguſti.

CLAVDII GALENI PERGAMENI DE EVCHYMIA ET CACOCHYMIA, SEV DE BONIS MALIS QVE SVCCIS GENERANDIS LIBER, IOANNE GVINTERIO ANDERNACO INTERPRETE.

QVantum prauitas ſuccorum morbis valeat generandis, publica nimirũ fames apud multas gentes Romanorũ īperio ſubditas, haud paucis annis cõtinuata, palam omnibus oſtendit, iis præcipuè qui non omnino rationis ſunt expertes. Nam vbi Ciuitatum incolę (vti ſolent protinus æſtate frumenta, quæ in totum ſubſequentem annum ſufficiant, in horreum congerere ac præparare) triticum ex agris vniuerſum ſimul cũ hordeo fabiſq; & lentibus exportaſſent, ruſticis reliquas fruges Cereales, quas Græci vocãt ὄσπρια & χέδροπα, dimiſerunt: Quanquam & harum non paucas ad vrbem conuexerint. Poſtquam igitur agricolæ ciuiũ reliquias per hyemẽ inſumpſiſſent, vitioſi ſucci alimẽtis, vti ipſos neceſſitas vrgebat, nempe vt etiã ſurcu

los toto vere deuorarẽt, & germina arbo-
rum, fruticúmq; : tũ bulbos & praui humo-
ris ſtirpium radices. Adhæc vt oleribus ſyl
ueſtribus nominatis, quorũ tunc copia ſup
petebat, affatim ſeſe implerent, herbáſq; vi
rides, integrò decoctas ſimiliter eſitarent,
quas antea ne experiundi quidem proban
dique gratia guſtaſſent vnq̃. Vnde factum
eſt vt quidam ipſorũ in vltima veris par-
te, ferè autẽ omnes ad initiũ æſtatis quã-
plurimis vlceribus cutem infeſtãtibus cor-
riperentur: ijſq; ſpecie inuicẽ diuerſis. Nõ-
nulla ſiquidem Ereſypelas repræſentabãt,
quædam phlegmonem, quædam zonam,
alia lichenas, pſoram & lepram. Hæc ſane
quæ etiam mitiſſima erant, per cutẽ erum
pentia, tum viſcera, tum intimas corporis
ſedes vitioſis humoribus liberarunt. Porro
quibus carbunculi inſtar & phagedenæ, vl-
cera cum febribus oborta erãt, eorum plu-
rimi poſt longos dolores extincti ſunt, vix
pauciſſimis vitæ reſeruatis. Cæterum ſi-
ne cutis affectu permultæ Febres ſucceſſe-
runt, quæ tum fœtidas ſimul & mordaces
alui deiectiones, intormina inteſtinorum
& teneſmum deſinentes concitarent, tum
graueolẽtes vrinas, acréſq; adeo vt aliquo-
rum veſica exulceraretur. Quidam vero
ſudoribus nec ijs minus fœtidis, aut etiam

putridis abſceſſibus obortis reſtituti ſunt. At quibus nihil horum accidit, vel ob viſceris alicuius inflammationem, vel ob febrium magnitudinem ac peruicatiam omnes ad vnum interierunt. Iam vero cũ me dicorũ nonnulli pauciſſimis venã incidere morbi principio auderent (nec enim immerito hoc vti præſidio verebãtur, vt quibus iam prius vires eſſent ſolutæ) nullius vtiq; ſanguinem excretum vidi, qualis ex ſanis corporibus vacuari cernitur, ſed vel magis flammeum, vel nigrũ, vel ſeroſum, vel acrem, venáſmq; diuiſam dum efflueret cõmordẽtem, ita vt vlcus fecerit, cui cicatrix obduci vix poterat. Fuerunt & quibus in febri ſymptomata obuenirent, præſertim iis qui interiere: mentis noxam cum vigilijs & ſopore graui inferentia. Sed miri nihil eſt cõtrarijs morbis ac ſymptomatibus ægros tentari, non modo naturis inter ſe, vel ætatibus, verumetiam priore victu differentes: adde quòd alimenta dum fames graſſaretur aſſumpta diuerſas vires obtinuerint. Nam omnes ſine diſcrimine ac delectu, quodcunq; obtigerat, edebant. Cum enim ſimilium facultatem deſiderarent, cibos alij acidis, vel acribus, vel ſalſis vel amaris ſuccis præditos, alij auſteris, vel acerbis, vel manifeſtò refrigerantibus, vel

abũde humidis vel viſcoſis vel medicamẽtoſis ingerebant. Viſi deniq; mihi ſunt nõnulli ex fungorum eſu mortui: quidam ex cicuta & ferulis: ne vel pauci niſi magno negotio ſuperſtites. Omnibus igitur alijs, qui ratione res ipſas conſiderant, clare innotuit, quòd vti varia exterius vlcera & diuerſæ tumorũ ſpecies, puta inflammationis, œdematis, ereſypelatis & ſcirri infeſtabant, ita in penitioribus particulis quibuſdam & principalioribus totidem affectus potuerint exoriri. Soli vero qui ab Hippocratis diſciplina, de humoribus ceu ratione obcæcati diſſentiũt, omnia potius q̃ humores cauſſari audent: etſi quidam ipſorũ clanculum & veluti in aurem mihi confeſſi ſint, videre quidem ſe eorum, qui nihil boni vel mali ſiue ad ſanitatẽ ſiue ad morbum humores conferre autumant, vanam aduerſus Hippocratem contentionem: verum iam quinquagenarios pudere ad Hippocratem priore ſecta relicta deſciſcere. Sic enim (aiebant) non modo diſcipulos verũ etiã omnes alios qui opera noſtra vſi ſunt toto præcedente tempore offendiſſe videremur. Quinetiam honorari iam à multis ſe dicebant, eo potiſſimum nomine quòd vera dogmata profiterentur: quæ iam faſſi praua falſáq; eſſe, tum alijs indoctiores ap-

Fũgi per nitioſi. Cicuta, Ferulæ.

parerent,tum quibus antea operam cõmu
nicabant,ab ijs in posterum negligerẽtur.
His igitur magis ignoscere consentaneum
rationi esse ducimus : infelicitati ipsorum
condolentes,non voluntatem accusantes:
quippe qui priusquã de disciplinis possent
iudicare,in malos præceptores inciderũt.
Illi contrà sunt odio digniſſimi,qui primi
ambitionis studio placitorum sectas cõsti=
tuêre. Vidẽtur enim sua sponte quibus cum
agũt imponere,nõ inuiti errare:quũ nullus
ipsorũ eò venerit insciti æ,vt quãtum mali
sit corporis succos in medicamẽtosas qua=
litates esse cõuersos,ignoret. Hi igitur ipsi
ad quos sermo nobis est,aut ægrẽ,aut ne=
quaquam fieri posse aiũt, vt discernas qui
medicamẽtis letalibus adsumptis, qui rur=
sus ex morbido totius corporis adfectu per
ierint. At,quòd palam videmus ex ferarũ
virulentarum(vti vocãt)humoribus quos
ipsæ per morsus inserunt, quibusdã partẽ
adflictam emori,alijs putrescere,vel inflã=
mationibus,vel doloribus maximis confi=
ci,nemini licet ire inficias. Neqꝫ quod scor pium quis ieiunus saliua bis tẽrve conspu= ens occidit,quisquam negauerit. Quemad modum enim naturæ familiares sunt natu ris,sic aliæ alijs sunt inimicę,ac pernitioſę. Itaqꝫ familiaribus alimur, cõtrarijs inter=

Scorpius ieiuni saliua interit.

imus, ſicut dictũ eſt fuſiſſime, tum in commentarijs de naturæ facultatibus, tum in opere de medicamẽtis ſimplicibus. Ad præſentem vero librum enarratio eorum ſufficit, quę dũ fames erat cõſpeximus. Porro ſi fidem mihi adhibeas cui nulla mentiendi quæratur occaſio, imò potius grauate feram multos in libris mendacio nimium in dulſiſſe, percenſebo tibi, quæ per totã meã ætatem longo vſu & experientia compererim: adeóq; deos ipſos rei huius teſtes inuocare haud dubitem. Siquidem pater mihi obtigerit Geometriæ & Architecturæ, tum Logicæ ac Aſtronomiæ ſummè peritus: omnibus qui ipſum cognorant ſupra omneis philoſophos admirabilis. Is inquã me puerum adhuc victus ratione à morbis integrum cõſeruauit. Vbi vero iam primas adoleſcentiæ metas ſum ingreſſus, & ipſe pater in agrum (erat enim agriculturæ ſtudioſus) feceſſiſſet, ea ſane quæ perceperam, ſupra omneis conſodales non die modo, verum noctu etiam animo repetebam, nihilo minus, vnà cum illis fructibus quibuſlibet tempeſtiuis per totum id tempus quo decerpuntur, repletus, tandem autumno in tam acutum morbũ incidi, vt ſanguinis miſſione opus haberem. Itaq; reuerſus pater in vrbem, verbis me increpa-

Galeni pater

uit, priorem viuẽdi modum quo eram educatus in memoriam reducẽs, iuſſitq; in poſterum eundem, relicta coæqualium intemperantia ſequerer. quinetiã ſuccedente anno, ſtudioſe victus mei rationem obſeruabat, vt modice fructibus vterer. Agebã autem tunc decimumnonum ætatis annum: in quo cum permanſiſſem incolumis, poſt modum à patris obitu ſimul cum æqualibus liberaliter fugaces fructꝰ ingerẽs, perſimili morbo cõflictatus ſum, vt etiam tũc ſanguinem mihi detrahi fuerit neceſſariũ. Poſt illa nonnunq̃ ſingulis annis, interim vnius interuallo aduſq; vigeſimũ octauũ aduerſa valetudine correptus ſum: in quo cum periclitarer, ne videlicet abſceſſus in eam partẽ decumberet, qua iecur ſepto trãſuerſo committitur, vniuerſis fructibus abſtinere decreui: præterquam exacte maturis ficubus, & vuis: neq; ijs immodicè vt prius, ſed mediocriter aſſumptis. Ad hunc vitæ modum quendam ex ſenioribus me, biennium habui eiuſdem ſentẽtiæ ſodalem: qui cum exercitij & concoctionis rationẽ obſeruans, multis annis in hunc vſq; diem nulli morbo obnoxius tranſegi. Iam vero & alij quibus vt ſe exercitarent, atque ex præſcripto viuerent, authores fuimus, omnes in ſecunda ſemper valetudine viſi no-

bis ſunt: aliqui ab annis quinq; & viginti, alij à paucioribus: ſat tamen iam multis, prout quiſq; fuerat admonitus, à fructibus tempeſtiuis, alijſq; improbi ſucci eſculẽtis abſtinere, quæ hoc in commẽtario enumerabimus. Qui ergo poſſunt ante cibum ſe exercere, tam accurato victu nõ indigent: qui vero ob rerum agendarum neceſſitatem id facere prohibentur, non modo victu magis innocuo, ſed medicamẽtis quoq; ſalubribus opus habẽt. Multi eiuſmodi vitæ inſtitutũ ſequuntur vt ipſis non liceat vel ante cibum probè exercitari, vel ſatis opportune cibum ſumere, vel alimenta feliciter cõcoquere: qui ſane à morbis immunes permanere non poſſunt, niſi ex interuallo alui ſubductione ſibi proſpiciant, interim purgatione valida cũ tẽpeſtiua ſanguinis detractione: Itẽ ſalubribus quibuſdam medicamentis congruẽti tẽpore epotis. Verum qui in tranquillitate & otio vitam tranſigunt, nec ante lucem potẽtium veſtibula adire, nec ſubinde in neceſſarijs vitæ munijs ſudantes, refrigerari cogũtur: aut in balneo quibuſdam officij præſtandi gratia aſſiſtere, aut domum redeũtes illos honorificenter præmittere, deinde vix ipſi loti ad cœnam itare feſtinabundi: his primum victus rationẽ præſcribemus, ex qua

potiſſimum ſanguinem optimum compa-
rare potuerint: deinde & in otio degẽtibus
prẽcepta quẽdam tradere conabimur. Por
ro hic commemoranda veniunt quæ in tri
bus libris de alimentorum facultate prodi
dimus. Itaq; inter cibos frumentarios bo-
ni ſunt ſucci panes puri, probe ſubacti, in
textúq; cocti, ſed pri⁹ tũ fermẽto tũ ſale cõ *Panes te*
diti mediocriter. Secũdũ bonitatis locũ ſibi *xtnacei.*
vendicant, à furno græce nuncupati hipni
tæ, quaſi dicas furnacei. Item Halica pro- *Panes*
biſſimi ſucci eſt, quẽadmodũ & caro porci- *furnacei*
na, modo & venter ipſa cõcoquat, & iecur *Caro*
in ſanguinem tranſmutet. Habent tamen *porcina.*
viſcoſi quippiam, quo iecur & renes ob-
ſtruãt, maxime quibus in hiſce viſceribus
vaſorum exitus anguſtiores natura ſunt.
Nam ſi hæc largi⁹ ingeras, grauitatis quo
dam ſenſu commemoratæ partes moleſtã
tur: nonnunq; etiam laborãt. Cæterum ob-
ſtructo iecinore, digeſtio impeditur: in ve-
nis autem quæ lactes & caua viſceris perre-
ptant, plenitudo accumulatur: quam rur-
ſus inflammationes partium, vbi collecta
eſt, aut humorum ipſorum exuberantium
putredinem ſequi periculum eſt, quippe al-
terutrum humoribus adhuc crudis, craſſiſ-
que accidere neceſſe eſt: puta aut conco-
ctos in ſanguinem mutari aut computre-

ſcere, ſicut alia omnia, quæ in calidis regionibus diutius commorantur. Quamobrem medici ſalubria ab ipſis vocata medicamenta inuenerũt, omnia facultatis attenuatoriæ: ſiquidem munus ipſorum eſt arctos tranſitus patentiores reddere: ſuccorum lentorem vaſis adhereſcentem abſtergere, humorum craſſitiem incidere atq; extenuare. Sin autem ferosum quippiam in eis redundet, vel ſanguinem biliosum temporis interuallo, vel melancholicum efficiunt: quippe id genus medicamenta prope vniuerſa, præter quàm quòd extenuãt, incidunt q; : adhuc etiam immoderatius calefaciunt. Atqui talium vehementia ſolidæ partes areſcunt, humores inſpiſſantur, vnde tophacea duritie, calculi in renibus creantur. Quare ſi optimus corporis ſtatus tibi contigerit, qui temperatiſſimus nimirũ eſt, & latos humoribus diſtribuendis meatus obtinet, perpetua frui ſanitate poteris: modo ſufficiens cibum præcedat exercitatio, etiam ſi quandoq; cibis craſſi ſucci liberalius fueris vſus, qualis eſt alica, porcina caro, panes furnacei & textuacei, nõ ad modum exacte ad rationem pauloante dicta præparati, nec in textu ſatis toſti. Tragus autem appellatus & ipſe ex frumentariorum alimentorum genere, alicæ naturã

Tragus.

refert, etſi difficilius quàm illa in ventricu
lo concoquatur. Cæterum oua perſimilem Ova
his potentiam habent, ſed multifariam di=
ſtingui poſtulant, veluti & lac: omnem ta=
men naturam illorum paulo poſterius in
ſermonis proceſſu diligẽter perdocebimus
Nam ſicut horũ prius meminimus, quaſi
formulam alimẽtorum boni ſucci prauiq;
cui lentor ſit coniunctus, proponẽtes, ita &
eorum mẽtionem facturi ſumus, quæ me=
dium locum inter craſſos tenuéſque cibos
poſſident, de quibus alibi cõmentario vno
de victu attenuante peregimus. Atque ex
hoc grege plurima potius medicamenta
quàm alimẽta dixeris. Cibi vero craſſis vi Cibi craſ
ſcoſisq; humoribus gignẽdis apti, õnes ſũt ſi viſco=
ad nutriendum valentiſſimi: & ſi probè in ſiq; bu=
ventriculo ac iecinore cõcocti fuerint, ſan= moris.
guinem benignum generare ſolẽt. Verum
medij tenuium craſſorúmq; ordinis, exqui Cibi me=
ſitiſſimi ſunt, maximéq; inculpati, tanq; in dij tenu=
ſymmetria ac mediocritate exceſſuũ con= ium craſ
ſtituti. Huius generis ſunt & ex panibus o= ſorúmq;
ptimi, quorum præparationem vberius in ordinis.
opere de Alimentorum virtute ſumus ex=
ecuti. Inſuper huc pertinẽt carnes gallina=
rũ, gallorúmq;, tũ auiũ, phaſianorũ, perdi=
cum, columbarum, attagenarum, turturũ,
turdorum, merularum, omniúmq; paſſer=

culorum: præterea piſcium ſaxatilium aut litoralium, pelagiorum, gobionum, murenarum, ligularum, aſellorũ: in ſumma omnium piſcium, qui neq; viſcoſitatẽ quandam, nec fœtorem, aut inſuauitatem in eſu repreſentant. Sũt autem non paucis notis horum omniũ naturæ diſtinguendæ, quas poſterius in mali ſucci eduliorum ſermone exponã, vbi prius quæ deſunt, adduxero. Quib⁹ itaq; exercitationibus plurimis vti licet, & quàm diu libet dormire: adhæc qui vitam ciuilibus negotijs vacantem ſuſcepe runt, ij & cibos craſſi ſucci & viſcoſos tutò aſſument: præſertim cum ob liberaliorẽ ipſorum eſum, nunq; vel tenſionẽ vel grauitatem in pręcordijs dextris pręſentiſcũt, Contrà quibus propter ætatem aut quandam conſuetudinem ante cibum exercitari non eſt integrum, ij omnibus eiuſmodi eſculentis abſtineãt. Breuiter ciues nec ipſi quidem talibus ſe epulis nutriãt, verum lectulis pendẽtibus, vel obambulationibus, valentioris exercitij loco dimoueãtur. Vt enim mediocris corporis commotio maximum ad ſanitatem tuendam bonum, ita ſumma quies extremum malum eſt. Neq; aliquis ex toto egrotabit ſi opportune proſpiciat, ne concoctione vnq; fruſtretur: item ne à cibo validam quandam ambulationẽ

Exercitatio.

ſuſcipiat. quippe ſicut exercitatio cibos prę cedens, plurimũ conſeruandę ſanitati conducit: ſic quælibet ſecundum illos commotio, nocentiſſima eſt. Nam alimentum antequam ſit concoctione elaboratũ, ex ventriculo diſtribuitur. vnde crudorũ humorum copia in venis collecta, omnigenas morborũ ſpecies procreare ſolet, niſi protinus labore aſſiduo fuerint diſcuſſi, vel cõcocti, ac in ſanguinem facultatis beneficio quę iecinori veniſq; propria eſt, trãſierint. Proinde quibus ſanitas dũtaxat curæ eſt, non bonus corporis habitus, qualem gymnaſtici profitentur, ijs fuerit tutiſſimum, à craſſi ſucci edulijs abſtinere. Illa igitur quę nõdum ſunt hoc in libro commemorata, deinceps in medium producam, à panibus facto rurſus principio: qui iam ſi fuerint, nec fermentati, nec abunde ſalſi, nec plurimũ ſubacti, nec in textu probe toſti, craſſi planè ſucci ſunt, necnon viſcoſi cuiuſdam humoris participes, quem Praxagoras & Philotimus κολλώδη quaſi latine dicas, glutinoſum appellare conſuerunt. Cæterum caſei omnes craſſo ſucco prædi ti ſunt: recẽtes prauitate vacant: vetuſti ſecus habent: nonnulli vero, neque enim omnes, præter craſſitudinem ſucci etiam viſcoſi exiſtunt, idq; ob lactis naturam, vnde confiunt, non

Panes.

Caſei.

parum tum generibus animantium, tum alimentis, quæ alia in alijs locis pascuntur, euariantem. caprini lactis plurimus apud nos vsus est, sicut in alijs nationib⁹ bubuli: quanquam & ouillum non raro vsurpent, sed hoc crassum est, longe ab asinino hac parte diuersum: bubulum pingue est. Inter hæc omnia mediocritatẽ seruat lac caprillum, vtpote nec pingue nimis nec crassum. ideóq; medium quiddam aliorum in actionibus quas obit in humano corpore, possidet. serosum enim & tenue, aluum magis subducit quàm alat: crassum ediuerso nutrit valentius, quàm descendat. Nam lac totũ ex tribus substantijs dissimilaribus constat, vna serosa, & tenui: altera crassa & caseosa: reliqua oleosa & pingui. Attamen in vniuersis animantibus, non æqualis ipsorum portio reperitur, sed in camelorum, asinorúmq; lacte serosa humiditas exuperat: id quod caseum refert, in ouibus: sicut pingue in bubulo præcellit. Caprillum vero, si reliqua animalium genera respicias, nulla parte excedit, sed veluti omniũ medium est. Quibus iam differẽtijs inuicẽ cõparatis, aliæ rursus non paucæ subnascuntur, nempe quæ ætatem discriminant: quẽadmodum & quæ pascua, tẽpus anni, tum illud tẽpus quod fœtificationem sequitur.

Lac.

Caprillum.

De quibus etiam ipſis in tertio libro de alimentorum facultate locupletius agitatum eſt: nunc tãtum dixiſſe ſufficiat, caprillum lac niſi melle adiecto ſecure non adſumi. Multis ſiquidem qui id ſyncerum biberũt, in ventriculo caſei modo coactum eſt, ac (mirabile dictu) quomodo hominem, ſi illud accidat, grauet & demũ ſuffocatu interimat. Sed mirabilius adhuc exiſtit, quod de ſanguine in grumos collecto dicitur, ſiue in vulnere quodam concreuerit, ſiue in ventriculum, vel inteſtinorum aliquod cõfluxerit. Etenim vires deficiunt, frigus mẽbra occupat, pulſus exigui maliq; exoriuntur. Quinetiam ſanguis in vulneribus coactus, putredinis partes ſanis vicinas inuadentis occaſionem exhibet. At quare humorum omniũ qui in nobis ſunt familiariſſimus, vbi refrixerit, tot affectuũ cauſſa extet, non mediocri quęſtione dignum eſt. Palam tamen vel hinc eſt cognoſcere, quãtam humorum improborũ qualitates vim obtineant, quas nonnulli huius tempeſtatis medici veluti rem quandã nullius pretij contemnunt, primos illos ſequuti, qui talem ipſorum cognitionem ſibi finxerũt. Iam vero quidam lac bibunt, melle, aqua, & ſale indito, ne videlicet in ventriculo coaleſcat. Verum quod à bono habitu prædi-

Caprillũ lac.

tis animalibus redditur, probis faciundis humoribus optimum eſt, ſi ſtatim vbi prodierit ab vberibus, adſumatur. coctum vero largius craſſi abundè ſucci euadit, multóque magis ſi farinam triticeam, vel milium vel amylum cum eo decoxeris. Cęterum caſei omnes craſſo pollent ſucco, veteres etiam improbo. recentes cum melle, ventris ſubducendi gratia edũtur: quippe minus craſſo humore, quàm veteres donati ſunt, vitioſo nequaquam. Serum quod ex ipſorum preſſu defluit, aluũ inſigniter ſubducit. Atqui placenta, quæ ex lacte vel caſeo cõficitur, craſſioris ſucci cibus eſt, eóq; iecinoris tranſitus intercludit. Pari modo quæ ſimilagine & lacte confit, vel cui laganorum aut rhyematum quippiam acceſſit, nec minus quæ ex muſto, ſimilagine vel omnino farina triticea præparatur, vitioſos humores gignunt omnes. item ipſa lagana per ſe & rhyemata, tũ omnis ex tritico placenta, infermentata, ac magis cum caſei quid ei ſit adiectum, craſſi admodum ſucci eſt. videntur autem veteres eadẽ quę à nobis lagana & rhyemata vocantur, cõmuni liborũ vocabulo appellare. Cochleæ & oua, ad ſummam vſq; ſpiſſitudinem incocta, vel cinere calido toſta, ſucci craſſi eſſe dicimus. etenim quæ patellis aut ſarta-

Caſei.

Serũ lactis.

Placẽta

Lagana & Rhyemata.

Cochleæ & ona

gine friguntur, Græci vocant τεγάνιςα, etiã τεγάνιςα
malum humorem efficiunt, & concoctio=
nem in ventriculo nidorosam sortiuntur,
quæ secum alios quoq; cibos corrumpat.
atq; hæc caussa est, cur inter ea quę nõ cõ=
coquuntur, deterrima esse pronuntiemus.
at modice cocta, quæ ideo Græci τρόμητα τρόμητα
latini vocant tremula, facilius concoquun=
tur, digeruntur, alunt, bonósque humores
procreãt, quemadmodum & sorbilia, quæ Oua sor-
etiã ipsa mediocriter cocta sunt. atq; hinc bilia.
fauciũ asperitates leuigãt, quòd humor in
eis nondum incrassatus cõcreuerit. Porrò
ex aquatilium numero, malacia dicta, lolli= Malacia
gines, sepiæ, polypi, aliáque huius generis, lolligi-
crassum viscosúmq; humorem possident, nes,
quemadmodum & pisces qui subcœtorum sepiæ, po
genere cõprehenduntur, quales sunt thun= lypi.
ni. at Pelamides moderatæ magis existunt Thunni.
Ostrea crassiore succo pollent, tum bucci= Pelami-
na & purpuræ. breuiter omnia quæ testa des.
integuntur, Aristoteli ὀςρακόδερμα nuncu= Ostrea
pata, hiatulæ, lopades, pectines, conchæ, Buccina
& huius notæ reliqua. Purpuræ igitur & purpurę
buccina duriore alijs carne & crassiore cõ= ὀςρακό-
stant, cætera humidiore, viscosáque, multo δερμα.,
maxime ostrea, quorũ omniũ succus aluũ Chamæ,
subducit, sicut in lacte serum. quæ solidior lopades
pars est, tardius concoquitur, crassiq; succi ctenæ,

 pinnæ.

est, crudi humoris & spissi & frigidi efficax.
Brassica lēticula. Hanc naturam obtinet brassica & lenticula, sed euidentem, vt alia multa obscuram. quæ in tribus commentarijs de Alimentorum facultate copiosius discussa sunt. Itaque alia omnia quæ crassi succi esse diximus, glutinosa viscosáq; sunt, pręterquam
ὀστρακόδερμα. quæ testa conduntur. Brassica vero & lenticula similem succi naturam non participant, sed nitrosam, aluóque ducendæ idoneam habent. sicut & dracunculus, acrem admodum, amarámque. Aron vtriusque compos est, sed obscurioris. Bulbi austerū referunt & amarum, quos si elotos sæpius incoquas, solida ipsorum pars, quæ crassi succi est, relinquetur. Porrò ex vniuersis hoc genus edulijs fungi succum tenent frigidissimum, maximéq; viscosum simul & crassum. Inter quos boleti soli nullum interemisse leguntur. non autem concocti, ipsi quoq; choleram quibusdam excitarūt: fungorum esu nonnulli mortui sunt: quidam mortem vix euaserunt, alui profluuio vel cholera correpti, vel strangulatu periclitati. Tuber quem Græci ἴδνον appellant, mediocriter crassi succi est, non tamē vitiosi, eiusdem notæ est & amylum. Conus quem veteres strobilum quoq; vocāt, Latini nucleum pineū, crassiore succo pol-

Brassica lēticula. Dracunculus. Aron. Bulbi. Fungi. Boleti. Tuber. Amylū.

let, prauo nõ item. Iam vero crassis annu- *Iecur.*
merantur iecur, renes, testiculi. Iecur quidẽ *Renes &*
succi improbi non est. Renes & testiculi be *testiculi*
nigno carẽt, si excipias gallinaceorum, ac
magis si frumento saginati fuerint. sicut ie
cur porculi, aridam ficum, quam Græci συ-
κῶ τον nominãt, depasti. Lien in alterius ge- *Lien.*
neris animantibus affatim prauo & melã-
cholico humore scatet, in porculis minus.
Cor sane substãtia cõstat duriore, magisq; *Cor.*
alijs visceribus fibrosa, nam in illis essentia
quædã sanguinis coacti, medio inter vasa
loco apparet. Cor filamẽtis implexum est
solidis, multis, oblõgis, quemadmodum in
musculis, quibus carnea substantia compa
cta est. qua ratione nonnulli illud muscu- *Musculi*
lorum adscribunt generi, quorum essentia
totam corporis nostri molẽ cõstituit, car-
némq; proprio nomine appellatam, quæ in
sacrificijs comestur. Iam musculorũ prin- *Musculo*
cipia, quæ & capita ipsorũ nuncupant, ner- *rũ initia*
uea magis sunt, quibus ligamenta ex ossi-
bus ceu origine sua procedentia inserũtur,
à quorũ terminis prodeunt tẽdones, hinc
vtriq; musculorũ fines neruei magis desi-
nunt, veluti media illorũ pars ex toto car- *Tẽdones*
nosa est, quæ certe alimentũ prębet valen- *Carnosũ*
tissimũ. Et ab ijs qui fibras ipsorũ ex liga- *musculi.*
mẽtis neruisq; ei insertis ortas, præ tenui- *Fibræ.*

tate,non vident,caro nuncupatur. Ideóq; non iniuria tum initio,tum fini ipſius priuatũ nomen imponũt. aliter autẽ res ſe habet. Nã totus quidẽ muſculus peculiari quadam deſcriptione ab alijs videtur ſeparari, obitq; actionẽ aliquã, videlicet motum arbitrarium. Sic enim nominãt, diſtinguẽtes eum ab alijs qui nõ cõſilio, ſed natura duce fiunt. Partes autẽ ipſius prædictis cõtinẽtur differentijs. Porrò locis pedeſtriũ eminentioribus, caro modica adhæret. bona illorum pars eſt oſſea, neruea q;, non voluntarij (vt vocant) nerui gratia, quippe hic in eis exiguus eſt, ſed primum ligamenti, mox tẽdonis, quem veteres Græci τένοντα, recẽtiores ἀπονεύρωσιν, quaſi dicas neruea tenuitatẽ, appellãt. Qui cocti cũ viſcoſi abũde glutinoſiq; exiſtant, alimentũ ſibi ſimile exhibent. Eandem naturam habent etiã pedeſtriũ particulæ, roſtra ambiẽtes, vt coctione innoteſcit, quæ huiuſmodi corpora in tumorem attollit, reſoluitq;. Attamen & ipſę concoctioni non inepte cõducũt. Sicut etiã alæ, quæ à corporibus volatiliũ exercitatis, vt in genere dicam, decerpũtur. nam hæc omnia recrementis vacant, quemadmodum in otio degentia illis eſſe producẽdis certum eſt. Cutis pinguium porcorũ accurate cocta, glutinoſum quidem & pinguẽ

Motus arbitrarius.

Tẽdones cocti.

Particulæ roſtra ãbiẽtes.

Alæ volatilium

Cutis porcorũ pinguiũ.

ſuccũ obtinet, non tamen eximie craſſum, nec æquè concoctioni accõmodatum, vt particulæ eminẽtes: ſicut minus quàm illæ benignũ, recremẽtoſum magis. Craſſi ſucci particula eſt, tum Cerebellũ, tum ſpinalis medulla. Glandulę modicę craſſæ ſunt, & propterea ſimul teſticuli iuuenũ porcorum ſacrũm. Hoc etenim communiter de omnibus animalium particulis cogitandũ eſt, Vetulorũ duras, ſiccas, concoctu difficiles: iuniorũ humidas eſſe, molles, eóque ad concoctionẽ procliues, niſi ſtatim à partu comedantur. Quippe tales mucoſę omnes ſunt pręſertim quæ humidiorẽ natura carnem habent, exempli gratia, agnorũ, porculorum. At Hœdorũ carnes & vitulorũ, quoniã ſicciora ſunt animãtia, multo cæteris & ad concoctionem & alimentũ pręcellunt. Hoc pacto ſe habent teſticuli atq; glandulę, itẽ lingua, quę & ipſa glandulo-ſa eſt. Mammillæ vero, earumq; glandes cum lac in ſe continent (vocantur vbera) craſſi ſucci alimentum miniſtrãt. Ac ſi animal bono habitu prędituũ ſit, etiam alimẽtũ inde proueniens, copioſum ſimul & boni ſucci redditur. Etenim hoc quoq; ceu ex communium numero exiſtat, ſemel auditũ exprompta tenere memoria expedit. Quã doquidem igitur ſcriptum eſt ab omnibus

Cerebellum, Spinalis medulla.
Glandes.
Teſticuli porcorum ſacrũm.
Carnes vetulorum.
Iuniorũ.
Hœdinæ & vituli næ carnes.
Teſticuli, Glandes, lingua.
Mãmillę

De lacte prope medicis, lac optimum succũ facere, quidam eos qui pulmonis vlcere laborãt, hoc solo curari arbitrantur, ante quam videlicet auctum ampliter in callum coaluerit. At muliebre, ceu proprium nobis, eiusdémque naturæ, præ cæteris ad tabidos affectus commendant. Ac alij quidem medici præsertim Euriphon & Herodotus, ita affectos mulierem infantium ritu fugere præcipiunt: quòd lac mamillis elapsum, statim genuinæ virtutis aliquid deponat. Clarũ igitur est omnibus id cibis succi probitate præcellere, nõ horum modo sed etiam aliorum medicorum iudicio. Quod autem commune dixi, non in his duntaxat, verum multis alijs edulijs noscẽdum esse, id etiamnũ dicturus sum, nempe lac ab animantibus bene habitis profectũ, bono succo pollere, ab ijs verò quæ contrà habent, improbo: qualis nimirum sanguis fuerit. Quomodo enim lac in corpore vitioso benigni succi esse queat? Idcirco prædixi in animantibus bona habitudine prẽditis, humori bono faciundo esse prẽstantissimum. Ita glandulas tum has ipsas, in quibus lac continetur, tum alias in sanis animalibus probi succi existere. pari modo iecur & testiculos. neq; enim hęc in cacochymis animantibus, euchyma sunt, quanto minus in

Communis sentẽtia de lacte.

vetulis quę nihil boni ſucci obtinent? Quę vero ſugunt adhuc, ſi fœta benigno lacte abundet, ea quoque in alijs ipſorum partibus vniuerſis optime habẽt. item iecur boni ſucci nacta ſunt. Porrò qualem humorem aliæ animalium partes generent, paulo poſterius explicabitur. nunc enim, quoniam de craſſi ſucci eſculentis incœpi prius diſſerere, ratio eſt, ſermone ipſorum abſoluto, ita ad alia tranſgredi. Cum itaque pauca huiuſmodi reſtent, ad ea me accingam, vitioſa à bonis diſtinguens. Hæc ſiquidem eſt vtilitas præſentis libri, quo ſuccorum probitatem moliri, malignitatem abigere proponimus. At quoniam craſſi ſucci eſculentorum ſubſtãtia, ſicut in principio dixi, difficilem corpori perſpiratum, & obſtructiones quaſdam conciliat, maxime in iecinore & renibus, ideo à frequenti ipſorum vſu, etiamſi bono donata ſucco fuerint, abſtinere cõſului. Etenim mali ſucci eſcas, ſiue ſpiſſos, ſiue tenues in nobis humores gignant, quouis modo fugiẽdas duximus. Atqui dictum eſt fieri poſſe, vt qui acri vtuntur exercitio, craſſi viſcoſiq; eſculenti eſum etiam ſine vlla offenſa ſoli perferant, modo naturalem viſcera ſtructurã ſortita ſint, aliorum nemo. Itaq; craſſis cibis accedit, etiam glandium vtrarunque

De glãdibus.

genus, tum quæ in quercubus naſcuntur, tum quæ in palmis fructum repræſentant. nominamus quas palmæ producunt, ipſius ſtirpis vocabulo, palmas. At quæ in quercubus naſcuntur, hominibus quidem comeſtu ſuaues, caſtaneas, nonnulli genere neutrius efferunt caſtanea. Ciues tamen ſicut & alij qui Aſiã incolunt, Sardianas & Leucenas, à locis vbi plurimæ proueniũt, ipſas nuncupant. Alterum igitur horum nominum, vnde natum ſit, liquido cõſtat omnibus. Leucenę vero à regione quadã in monte Ida cognominationẽ acceperũt, quod no men multitudinis numero enuntiant, quẽadmodum Thebas. Has itaque glandes, vt retuli, homines interim crudas, nõnunquã torridas, vel coctas eſitant. Aliæ quidem oblõgæ ſunt, figura palmarum glandibus perſimili, cibus ſuibus magis quàm hominibus proprius, quoties non magna quædam neceſſitas eſum illarum nobis imponit, quod ĩ magna fame ſolet accidere. Palmarum glandes quas Græci ἀκόϊλους nuncupant, acerbæ ſunt & duræ eóque inſuaues, quas aſſatas cum ægre concoquantur, craſſiq; ſucci ſint, adſumere non eſt conſilium. Cæterum cuiuis eſt obuium, ſuccum aſtringentem nonnihil in auſtero & acerbo iuxta maioris minoriſque rationẽ eua-

Palmæ.

Caſtaneę.

Sardianę, Leucenę.

ἀκόϊλοι.

riare. Remiſſa nanque eſt aſtringens qualitas in auſteris: intenſa, in acerbis. Verum quanto glandibus acœlæ ſunt acerbiores, tanto glandes caſtaneis. Quippe hæ qualitatem aſtringendi infirmam obtinent, ſub craſſi humoris eſcarum genere vti glandes aliæ, comprehenſæ, ſed minus aluum aſtringunt, magis autem q̃ illę concoquũtur, nihilq; humoris praui continent. attamen horum quoque copia vitanda eſt, nõ modo quòd ſicut pleraque dicta craſſum æque ſuccum habent, ſed etiam quòd ventrem comprimunt, ægre concoquuntur, & flatus pariunt. Palmarum fructus, quem omnes Græci ęquiuoca ſtirpis dictione palmam vocitant, aſtringentis ſimul & dulcis ſucci particeps eſt. recentiorum medicorũ nõnulli ipſas φοινικοβαλάνους appellant, quãquã apud veteres id nominis nõ compererim, qui palmarum glandes fructum hunc, non palmas, neque phœnicobalanos nuncupant. Verum non inſtituimus hic de nominibus contendere, quod otioſis hominibus ſtudio eſt, nec eiſdem omnibus, ſed qui veteri Atticorum lingua vti nõ didicerũt. Vniuerſi nanque homines ſanitate nõ verborum cõcertatione indigẽt. Verũ enimuero non poſſunt omnes cõgruam victus rationem obſeruare, vel intemperantiæ

Auſtera. *Acerba.*

Palmarũ glandes.

vitio vel negotiorum cauſſa, vel inſcitiæ eorum quę facere conuenit. Qui autem & cognoſcere ſalubrem viuendi modum, & iuxta eum vitam tranſigere ſtatuerunt, iis commentarius hic conſcriptus eſt. Cæterũ acœlæ & quercuum glandes, caſtaneæque in ſingulis ſeorſũ arboribus haud magno fructus diſcrimine variant. palmæ rurſus inſigni. quippe ſi Aegyptiam palmam, & auſteram ſiccámque, patetæ appellatæ, dulci admodum ſed pauxillum aſtringẽti cõpares, contrariam tibi naturam habere videbuntur. Aliæ in medio harum ordine cõſiſtunt, hæ magis, illæ minus auſteritatis, & dulcedinis compotes. Porro ſuccus ipſarũ craſſus eſt, & iecur ex facili obſtruit. Eteni hoc quoque de craſſi ſucci & dulcibus eſculentis ſcire, ac meminiſſe profuerit, nempe ſuccos ipſorum iecinoris lieniſque meatus intercipere atque obturare. Sin autẽ quãlibet exiguum inflãmationis initium in viſceribus extiterit, eam inſigniter intendũt, ſicut & flatus ſcirroſos & affectus. & nimirum etiã abſceſſus iam obortos adaugent. Sed hæc forſan longius deduco, quàm ſalubris victus ratio poſtulet, cuius partem hic liber exponit. Ad ipſa itaque rurſus ſermonem conuertamus, ſimul adiungentes edulia, tum craſſa, tum dulcia. nonnulla ſiqui-

Aegyptia palma.

dem ipſorum malis ſuccis pollẽt, quemadmodũ lenticula. viſcoſis alia vt malua: quibuſdã vtriq; adſunt, veluti & quæ ab Ariſtotele oſtracoderma & quę malacia appellãtur. Optime vero corpus noſtrum alunt, quæ nec craſſa ſunt nec viſcoſa, vnde ſanguis cõſiſtentia mediocris generatur. nam vitioſus eſt etiam præter modum tenuis. quippe cum exiguũ alimenti ex ipſo proficiſcatur, corpora tali cibo nutrita, imbecillia, graciliáque fiunt. quamobrem præſtantiſſimus eſt ad ſanitatem tuẽdam, mediocris prædictorum naturæ cõpos. vt videlicet nihil in eo viſcoſum neque idẽ glutinoſum abũde prępolleat [quod ex craſſi viſcoſi'que coitu gignitur, nec inſigniter tenue] imò nec quod adeo fragile eſt, vt ne minimum quidem humoris glutinoſi contineat, ſiquidem vitioſum eſt ac prauũ Qui denique ex panico & milio panes confiũt, propemodum arenam quandam vel cinerem comedentibus repreſentare putantur. quare Etnos quod inde cõficitur, quemadmodum & lecythi, cuiuſlibet pinguis & viſcoſi miſturam deſiderat. Quibus igitur agricolę, adipe ſuum, ſeuo caprarum, oleo & lacte ouium vel boum adiecto veſcũtur, Etnos appello, quod ex comminutis leguminibus quæ ὄσπρια καὶ χέδροπα græce no- *Etnos.*

Lecythũ minamus præparatur. Lecythum molitorum farinam ex aqua decoctam, cui pingue aliquid ſit adiectum. Quædam vero edulia ſi ipſa ſeorſim inſpectes, ãteq̃ vel cocta vel toſta, vel frixa, vel perfuſa dũtaxat propriã nanciſcantur præparationẽ, dura ac terreſtria apparent. Perfuſa vero vel cocta, mollia, ſicut inter frumentaria ſemina, hordeum & triticum. Ex fructibus qui in arboribus naſcuntur, nuclei pinei. Quamobrem animũ huic aduertere oportet, non ſolum cum in peregrinam profectus regionem inſuetum aliquid adſumpturus es, ſed apud nos quoque ipſos dum cuiuſque naturæ facies experimentum, conſpergendo aqua ſola, cocta toſtáque vel incocta. Quę itaque ſemina aut fructus certe priſtinam duritiem confeſtim deponunt, & in mollius humidiúſque inclinant, omnia ſunt præſtantiora. Quæ vero molem duritiámque veterem retinent, deteriora. etenim huiuſmodi ægre concoquuntur, & eſſentiam terreſtrem poſſident, vti vix in ſanguinem queant tranſmutari. nempe quæ alidam, vt in corpore elaborentur virtutem requirant, dum ventriculus concoquit, iecur & venę in ſanguinẽ redigunt. Quibus naturę functionibus vtriſque corpora infirma fruſtrãtur. Nam humor cui crudo nomen eſt,

talium ciborũ ſoboles eſt. vnde morbi cõ=
ſtituũtur omnigeni. Quia vero ſecundum
quãqꝫ ſpeciẽ fructus ampla quædã eſt diffe
rentia, omnes me conſule aqua prius per=
fundes, nõnunquam etiam quæ eſſe debes,
præcoques, certum de natura ipſorum fa=
ciens periculum. Pater meus huiuſmodi re
rum diligens obſeruator, etiam amygda=
la ſic comprobauit. adhæc nuces tum ma=
gnas tum exiguas, ponticas tenuéſque. Si=
mili modo holera explorabat, nec aliter fa
bas, piſa, cicerculas, lupinos, eruilia, doli=
chos omniáque id genus, vel aqua intin=
gens, vel præcoquẽs. deinde inſpiciẽs quã=
tum intumuiſſent. Porro de Ptiſana quid
dicẽdum eſt? Iam enim hoc pueri norunt, *Ptiſana.*
puta eam quæ ſubito intumeſcit, cæteris
præcellere. Quæ longo tempore exiguum
tumorem acquirit, prauam eſſe. nam prior
vt vocãt fuſa in cremorem deliqueſcit, al=
tera ægrè funditur, duráque permanet, mi
nimum liquoris pariens. Cæterum nonnul
la cerealia ſemina nihil prorſus cocta intu
meſcunt. quæ veterum Græcorum aliqui
Ateramna quaſi dicas inobſequioſa & cõ=
tumacia appellauerũt. Tritici quoque tum
ſimili ratione tum ex farinæ copia pater
meus experimentũ ſumebat, bonũ ſiquidẽ,
farinæ reddit plurimũ, prauũ, eius pauxil=

lulũ. Ne igiť quod dico leuiter & veluti ĩ trãſ curſu ĩtelligas. nã quæ hic de ſeminib⁹ & de fructib⁹ qui reponi poſſũt cõmunia recẽſe m⁹, lõgo tẽpore tũ ego tũ pater me⁹ diſqui ſita cõprobauim⁹. perſpicuũ vero cuiuis eſt fructus reponi idoneos, eos hic intelligi qui pri⁹ ſiccãtur q̃ cõputreſcãt. Nõnulli ſiquidẽ exiccari nõ ſuſtinẽt, Quẽadmodũ mora, & q̃ vocanť pepones & melopepones. Itẽ pſica huiuſq̃ generis alia, q̃ nimirũ, necdũ ſiccata putrefiunt. Cucurbitas tamẽ minutim cõciſas q̃dã ſiccãt, ſicut & cœlias: alij in fungis maximã prauitatis notã eſſe opinanť, q̃ ſiccari nequeãt. Cęterũ de prunis quid oportet dicere? Nemo ſiquidẽ ignorat eos nõ in Damaſco tantũ vel Hiſpania, ſed etiã apud nos reponi ſolitos. vñ colligi poteſt pauciſſimos extare fruct⁹, qui ſiccari nõ ſuſtineãt, ſi excipias peponas vt dixi & melopeponas: Armeniaca, perſica & quę apud Romanos dicũtur pręcocia. Etenĩ ficus ſiccatæ aſſeruãtur, ac perdurãt. Adhęc cucumeres nõ min⁹ q̃ cucurbitę. Sed has quoq̃ p̃ hyemẽ in vſu earũ ſimili modo p̃bam⁹. Quæ enĩ in aqua prorſus & cocta & ĩcocta demergũtur, optima ſui generis ſũt. Quib⁹ autẽ id lõgiore ĩteruallo accidit, parũq̃ mole ſua increſcũt, praua iudicato. Proinde cibi q̃ ſtatim turgeſcũt, nõ ad cõcoctionẽ modo, ſed p̃bis etiã

Fructus reponi idonei.

ſuccis generãdis p̃ſtãt, quorũ gratia omnia hoc cõmẽtario ꝓſequimur. Siquidẽ natura meliores ſũt, qui ꝓtin⁹ ĩtumeſcũt, eo ꝙ magis cõcoquant, & p̃ſtãtiores ſuccos efficiãt, ad quorũ generationẽ nihil adeo cibis õnibus miniſtrat, q̃ in vẽtriculo ꝓbe obita concoctio. Etenim tales epulę ſecũdã tertiãq; cõ coctionẽ magis ſuſcipiũt. Quarũ illã in ioci nore ac venis adminiſtrari didiciſti, hãc in ſingulis q̃ alunt̃ particulis. Cui⁹ poſterioris gratia, reliquas duas req̃rim⁹. Omnia nẽpe alimẽti indiga nutriunt̃, iis q̃ ipſa nutriũt ſe cũdũ qualitatẽ trãſmutatis, ac partib⁹ q̃ alũ tur aſſimilatis. mutant̃ autẽ q̃ pri⁹ elaborata cõcoctáq; ſũt, magis q̃ incõcta. Nã cõcoctiões mutuo ſeſe excipiũt, vẽtriculi, iecur; hui⁹, particulę q̃ nutriẽdę ſũt. Iã vero iecur vniuerſis partib⁹ alimẽtũ ſuggerit illi vẽtricul⁹: huic os, atq; huic rurſ⁹ partĩ toſtio, ꝓpti coctio, vel frictio vel ſĩplex q̃dã ꝓfuſio. Quib⁹ vniuerſis natura diſtribuens ſtirpes fructiferas ſuppeditat. Quędam ab ea facta nec coctionẽ, nec toſtionẽ, nec ꝓfuſionẽ, nec aliã p̃pationẽ deſiderãt, q̃ meminiſſe i vniuerſũ oportet, vtpote oĩm eſculẽtorũ cõia. Iã ad particularia diuertam⁹, vbi ſermo nr̃ deſijt: ĩter aĩantiũ ꝓticulas, iteſtina, vẽtriculũ, vuluã, oculos & caudã. Inter ſemina cerealia pluria, ſicut olera, ſtirpes & q̃ vocant̃

Cõcoctio nes ſe mutuo excipiunt.

Inteſtina, venter, vulua.

fructus à tẽpeſtiuitate horæi. Inteſtina igitur & venter & vulua duriore carnis ſubſtantia conſtant, ac concoctu tanto difficiliore quanto videlicet duriora ſunt, & minus quàm carnes alunt. Adhæc quãto ſucci probitate ab his ſuperantur. Caudæ illis adhuc duriores, cæterum in cõcoctione, ac nutritione iuxta duriciẽ ipſis reſpondent: niſi quòd recrementitiæ nõ ſint, motionis gratia. Eiuſdẽ naturæ ſunt volatilium colla. Ventres autem eorum tum quæ volatu fidunt, tum quæ pedibus nituntur, nihil habent ſimilitudinis, vtpote craſſi duriq;, & ideo vix concoctiles. vbi tamen concocti fuerint, multum alimenti conferunt. Optimi ſunt gallinæ, anſeriſque, verum reliquę huius partes duræ ſunt, concoctu pertinaces, excremẽtitiæ omnes, præterquam alæ. In ſtruthis autẽ magnis quas nũc ſtruthiocamelos nuncupant, vniuerſæ partes durę, ad concoctionem contumaces, & recremẽtorum plenę ſunt. Auricularum cartilago ſiccum eſt corpus, & nutrimẽti expers. Cutis exterior tenuis eſt, ſicca, modici alimenti, & cõcoctioni rebellis. Oculos pauci edũt, ex diſſimilaribus ſubſtantijs conſtructos. Nã alterius naturæ ſunt ipſorũ tunicæ, alterius muſculi, alterius humores quorum vnus à ſimilitudine cryſtalli κρυσταλλοειδὴς.

Caudæ.

Ventres volatiliũ & pedeſtrium.

Gallinarũ anſerũq; ventres optimi.

Auricularũ cartilago.

Oculi.

Alter à vitro ὑαλοειδὴς appellatur. muſculi ipſorũ ſoli cõcoctu facillimi ſunt, in his videlicet animalibus quę naturã bonis ſuccis creandis idoneã poſſidẽt: Quales ſunt æta te mediocres porculi. Erunt autẽ hi floridæ ætatis hominibus ac ſeſe exercitãtibus iuſta magnitudine perfecti, inclinãtibus, qui adhuc increſũt. Minimorũ caro recrementis generãdis eſt, vetulorũ ſiccitate ac duri omni animantiũ quæ pedibus fidũt numero ſaluberrimus eſt. Secũdum locũ obtinet hœdina, mox vitulina. Agnina humida, viſcoſa, mucoſáq; eſt. Ab aliorũ animalium quæ humi ingrediũtur eſu, abſtinendum ei eſſe præcipio, qui bonorũ ſuccorũ curã rationémq; habuerit. Cæterũ ſpecialis ipſorũ differẽtia in tertio de alimentorũ facultatibus libro cõprehẽſa eſt. Ex cerealibus deinde ſeminib⁹ ptiſana probe cocta, hũoribus bonis efficiũdis eduliũ eſt præſtantiſſimũ. Item hordeũ optimũ eſſe oportere ſermo hic arguit. Quippe ptiſana parũ probe coquitur vbi illud eiuſmodi nõ extiterit. Propterea quòd nec aqua perfuſa intumeſcit, nec liqueſcẽs ĩ cremõrẽ reſoluitur: verũ de ptiſana tũ in opere de alimẽtorũ facultate tũ in therapeutica methodo, tũ in cõmentario quod in Hippocratis opus de victus

Porci mediocres.
Perfecti Increſcẽtes.
Caro ſutilla omniũ optima.
Hœdina ſecunda.
Vitulina tertia.
Agnina.
Ptiſana.

ratiõe ĩ morbis acutis edidim⁹, multo fus⁹ disputatũ est. In p̃sentia satis est idicasse sũmã, cuius hic vsũ desideram⁹: nẽpe ptisanã accurate coctã cibũ eẽ oĩm ꝓbis humorib⁹ ꝓducẽdis ac sanitati tuẽdæ accõmodatissimũ. Quã q̃ vel optima, pane min⁹ nutriat: quo de etiã ipso in 1. lib. de alimẽtorũ virtute disseruim⁹, [vbi simul de ptisana & polẽta vberi⁹ actũ est: sed polẽta nõ eãdẽ ptisanę ad humorũ bonitatẽ cõciliãdã tuendãq̃ valetudinẽ vim obtinet, nec maza. Quippe polẽta ex hordeo, desiccat: ptisana vero humectat. Est autẽ cremor illius sicut & fœni gręci viscos⁹ quoq̃, sed q̃ obstructionẽ nullã pariat, Quẽadmodũ q̃ à Praxagora & Philotimo glutinosus ꝓprie vocat] Fœnũgræcũ copiosius mãsũ boni succi nõ est. ptisana quotidie ad saturitatẽ comesta, nihil humorũ bonitati obfuerit. De faba idẽ dicerẽ nisi flatulẽta esset: nullũ enĩ succũ vitiosũ ꝓducit, neq̃ meatus obstruit, q̃ salubriũ ciborũ capita p̃cipuáq̃ existũt. Cõpies aũt hęc in esse fabis, q̃ nimirũ absterſoriã q̃litatẽ, potẽtiãq̃ hordei modo in se cõtineãt. Pisũ flatuosum nõ est, sed minus q̃ faba abstergit. Lẽticulã prauũ succũ & melãcholicũ efficere nemo fere ignorat. Qua ceu medicamẽto multis ĩ affectib⁹ subide vtimur, verũ de illis agere nõ est hui⁹ loci atq̃ tẽporis. erui-

Græcus codex cæc non habet.

Fœnũgręcum.

ptisana Faba.

Pisum.

Lenticula.

Ervilia.

lię & dolichi modo cõmẽoratis peiores sũt, Dolichi.
prędstãtiores cicerculis. Siliginẽ posthordeũ Cicercu-
ponito: ab illa typhen: panicũ sẽp tibi fugiẽ la.
dũ esse cẽseo. Miliũ semine huic est finitimũ Siligo.
sed min⁹ prauũ. Atq eruus licet nutriẽdi vi Hordeũ.
habeat, nõ tñ bono succo p̃dit⁹ est, flatulẽt⁹ Typhe.
nihilo min⁹ faba. Cęterũ venerẽ ꝓpritat, se= Panicũ.
minis copiosi efficax. Lupin⁹ affati crassus Milium
est, Cõstátq; oĩbus nutrire, siqdẽ crassi nõ Eruus.
tñ praui succi existit. De alijs leguminibus Lupinus
qb⁹ hoĩes nisi fame coacti nõ vescũt, verba
facere vbi de hũorũ bonitate agim⁹, haud
ita pulchrũ esse videt. Legumẽta igit satis
explicauim⁹: restat vt de fructib⁹ sermonẽ
ꝓsequmur. Sũt aũt arborei ꝓpe dixeri vni=
uersi vitiosis succis donati p̃ter q̃s vocãt ca
staneas. Hę siqdẽ exactã in vẽtriculo cõco Castaneæ.
ctionẽ sortitæ, nutriũt, verũ succis crassiori
bus, malis nequaq̃. Aliarũ arborũ fruct⁹ tẽ Fructus
pestiui seu fugaces, quos Græci ὠραίους ap= fugitiui.
pellãt, õnes maligni sũt. Nã si in vẽtriculo rij.
cõputrescãt, medicamenti deleterij naturã
fere induunt, sicut & mora, licet ea persicis
dictis & prunis moderatiora sint, tamẽ cor
ruptelã nihilominus illis prauam sustinẽt.
Quã vero Greci ꝓprie Oporã nominãt, si Oporacubus & vuis cõpreh ẽsam, prædictis est po quid.
tior, sed nõ parũ ĩterest exacte maturuerit
fructus an nondũ. Nam ficus maturę nullã Ficus.

propemodũ noxã inferunt. deinde matura vua quæ & ipſa ſuſpenſa quod flatuoſũ eſt abijcit, ſitque omnino innoxia, de aridis ficubus quas Græci ἰσχάδας appellant contraria quiſpiam dicens, vera prædicare videri queat, nẽpe ſi boni malíq; ſucci eſſe referat, morbidi cuiuſdã & ſalubris particeps. Si nanq; per aluũ deſcendãt ac alimẽtum ab eis profectũ per corpus reneſq; fuerit diſtributũ ſalubres ſunt & ſucci benignioris, at ſi remorentur, peioris, cõplurium pedunculorum procreatrices, Cũ nucibus comeſtæ cibum præbent optimum, ſi cut etiam cum amygdalis aſſumptæ, ſed cũ his quidẽ vt meatus recludentibus, atq; abſterſorijs, nõ tamen boni ſucci perinde, vt nucibus, neq; ad nutriẽdum accommodis. Cum nucibus vero ſimul ingeſtæ ad omnia præſtantiores exiſtunt: atque hinc nonnulli qui medicamentorum aduerſus letalia confecturas perſcripſerunt, ficus aridas vna cum nucibus & Ruta præſumptas, omniũ illorũ præſens eſſe remediũ tradũt. Reliqui durioris corticis fructus prauis ſuccis ſcatẽt preſertim ſylueſtriũ arborũ, fruti cũq; ſoboles: de quibus in ſecũdo de alimẽtorũ facultate latius tractatum eſt, malis vero granatis, piris & meſpilis non vt alimẽtis ſed vt medicaminibus ad ſtomachũ

Vua.

Aridę ficus.

ventrémq; roborandum vtimur: iam vero fructus ſunt & ficus, pepones, & melopepo nes, ſed nullus etiam ex his benignum ſuc cum obtinet: ſin autem non cito egerãtur, corruptionẽ in ventriculo ſubeunt, ex qua generatus humor letalium ferè medicamẽtorum naturam adſumit. Cucurbita vero ſola inter fructꝰ huiuſmodi vitio caret: quã quam & ipſa in ventre putrefacta malum adeo ſuccum producit: quemadmodum etiam ſycomora, ſi ante corruptionẽ confeſtim deijciãtur, nihil mali pariũt, niſi quis ea liberalius eſitarit: nam id vniuerſim de omnibus fugitiuarijs fructibus intelligendum eſt, & mandandum memoriæ. Ex holeribus ſane nullum probis ſuccis prædituꝫ eſt. Medium bonitatis illorum vitijq; tenet lactuca, mox ſequitur malua, deinde atriplex, portulaca, blitõ & lapathum. Extremè praua ſunt quę vocãt holera ſylueſtria, lactuca ſylueſtris, chondrilla, ſcãdix, gingidion, intubus & cychorion. Radices autẽ ſtirpium holeraliũ vitioſæ ſunt, quæ acres, ſicut ceparum, porrorum, alliorũ, radicularum & caucalis. Mediæ inter bonas maláſq; conſiſtunt arorũ radices & raparum, quas etiam vocitant buniadas. Item carus appellati. Cæterũ aues ac piſces propemodum vniuerſi probis pollent ſuccis,

Ficus
Pepon.
Melopepon.
Cucurbita.
Sycomora.
Holera.
Aues & piſces.

nisi quos stagna, lacus, limosíq; riui & turbidi ferunt. quippe cælo deteriore fruũtur, modicis exercitationibus, alimẽtis prauis, præsertim cũ ciuitatẽ populosam aqua interfluit, latrinas, balnearia, culinas sordésq; vestium ac linteorum expurgans. pessima nanq; in tali aqua degentium animalium caro redditur, idq; magis cũ in ea sola versantur. Quod sí vero meliori quoq; sese misceuerint, multo peiores & hi sunt illis qui in puro mari viuũt: Quoniam paulo minus omnes inculpatis humoribus apparẽt, qui etiam in aqua dulci, syncera, non permista victum quæritant, veluti tum pelagij dicti tũ saxatiles. Etenim bonis humoribus suppeditãdis & ipsa in esu delectatione cæteris lõge præcellũt: quare id genus cibos esse nunq̃ non est tutissimũ. At si animal ex ijs aliquod fuerit, quę vtriusq; aquę victu fruũtur, quẽ admodũ mugil, lupꝰ, gobius, murę, cãcri, anguillę, interrogãdũ prius est vnde capti fuerit. post hæc ex odore ac gusta tu iudiciũ de eis sumẽdũ est, siquidẽ grauiter olẽt insuauésq; & mucosi existũt, quicũque in aqua deteriore viuũt. Quinetiã pinguitudo ipsis longe amplior q̃ alijs adesse conspicitur, sinéq; mora computrescũt. at quibꝰ ex mari puro victus petitur, hi odorem gratum, tum gustum suauem habent,

adhæc pinguitudinem pauciſſimã, aut plane nullam, diutiúſq; à putredine immunes permanent, idq; potiſſimũ vbi niue fuerint conſperſi. hac enim meliores redduntur, tum qui carnẽ duriorẽ tum qui fragiliorẽ, ſaxatiliũ modo & aſellorũ poſſidẽt. Quod nanq; his natura cõmunicauit, id duriori-bus niuis beneficio accedit, vnde fit vt maxime diuerſam carnis eſſentiam ſortiãtur mugiles & qui in mari puro & qui in aqua ſordida verſantur. His accedũt gobij ac lupi: atq; his adhuc magis alij. Murenæ vero in huiuſmodi aquis fiũt deterrimi. Anguilla cibus eſt boni ſucci omnino expers, quãuis ex puriore aqua proueniat, nedum ex illa quę ciuitatem (vt dictum eſt) interluat. Iamvero pro regionũ alimentis piſces meliores peioréſq; euadũt, quod ex facili tum odoratu, tum guſtatu deprehenditur. ſicut in mulis videre eſt qui cancellos depaſti deteriores fiũt. Aliorum caro duriuſcula eſt, non modo ſaxatilium aſellorúmq;, ſed etiã mugilũ, luporũ, aliorúmq; pelagiorũ: atq; hinc cõcoctu difficilior, nutriẽdo valẽtior, & praui nullius humoris particeps. Dictum eſt abſolutius de quolibet alimẽto in tribus cõmẽtarijs quos de alimẽtorũ facultate inſcripſimus, ac oportet eũ cui ſalubre nutrimẽtũ curę eſt, nec illorũ tractationẽ negli-

Cephali
Gobij.
Labeo.
Murenæ
anguilla

gere,nec omnino de ſanitate tuenda commentarium ,cuius pars eſt liber de alimẽtis nuncupatus.Imò etiam alius de attenuante victu incraſſanti contrario inſcriptus eſt,impenſe vtilis omnibus,qui in valetudine curanda ponunt induſtriam.Hoc autem in talibus libris,prȩcipue memoria teneri volo,puta eum,qui rerum vires adamuſſim didicerit,nec præſidij,nec ſalubris victus ſummè peritum fore,niſi corporum naturas,quibus illa exhibentur, idem cognoſcat.Alia nanque ipſorum denſa ſunt, & perſpiratus impediti.Alia ob raritatem facilè recrementis liberantur.Atq; illa videlicet humidiore victu indigent,hæc ſiccore,& quædam glutinoſiore,quȩdam tenuiore,nonnulla parciore,aliqua liberalio re.Pari modo qui ſanguine ſcatent melãcholico,humidas calidaſq; temperamento epulas deſiderant.Quemadmodum biliоſiores,humidas & frigidas:ſimiliter pituitoſi,calefacientes exiccantéſq;.Verum qui ſanguinem probum paulo copioſiorẽ colligunt,pauciore cibo opus habent,non qui vim aliquam inſignem referat,ſed mediocrem,vt neq; eximiè calefaciat, neq; refrigeret,ſicut neq; eximiè humectet neq; deſiccet, ita qui inter craſſos tenuéſq;,viſcoſos atq; his contrarios nimirum rigidos &

fragiles medius exiſtat. Rigor duris ac im penſe ſiccis corporibus peculiaris eſt, fragilitas mollibus & intra humida ſiccáque comprehẽſis, quibus vtriſq; commune eſt vt viſcoſi nihil contineant. Quamobrem conuenit, eum qui recte alimentis vti volet, in primis dignoſcere raræ denſæq; cutis hominum differentiã, mox totius corporis temperamẽti: deinde an omnes particulæ propriã ſeruẽt temperiem. Fit nanq; interim vt caput quàm expedit calidius, ventriculus frigidior exiſtat: ſæpe autem econtrario, venter quidem calidior, caput frigidius appareat. ac reliquæ partes vniuerſæ ad eundem modum. Reliqua igitur tum medendi tum ſanitatis tuendæ via ac ratio de omnibus ex æquo intelligitur. alimentorum vero tractatio, eximium, præcipuúmq; ſcopum habet, vt concoctionem optime obeamus: alterũ vt humor qui ex alimẽto cõcocto diſtribuetur, aliarum partium temperaturæ ſit idoneus. Quod vt cognoſcant qui alimẽtis probe vſuri ſunt, commentarius de temperamentis neceſſarius eſſe videtur. Atque ideo tibi ceu in eo exercitato quod de bonis malíſque ſuccis ſcitu dignum ſupereſt adijciã, ſermonem à vinis exorſus. Itaq; vina aquoſa, tenuíſq; ſubſtantiæ ac vrinam mouentia, parciſſi- *Vina aquoſa.*

Craſſa. Theræũ Scybelite. me corpus nutriunt. Craſſa quemadmodũ Thereũ & ſcybelite liberaliter: hoc autem variãt diſcrimine, quòd alia magis, alia minus pro craſſitudinis portione id faciant. Tale vinum eſt apud nos in Aegis & perperina, hac quidem finitima murenę, illis vero Pergamo. Dulcia omnino ſunt ſcybelites & Theræum. auſterum autem ſimul & dulce Cilicium abates, à loco ita nuncupatum. Aeginum & Perperinum, media horũ ſunt, nec dulcia, nec euidẽter modo Cilicij aſtrictoria. Quę ſanè omnia nigra ſunt, neq; enim reperias vllum craſſum ſimul & dulce vinum, quod idem non ſit nigrum. ſi enim vini candidiſſimi muſtum decoquas efficiendo ſyreo, quod Latini ſapam, apud nos hepſema appellant, nigrum colorẽ thereæi accipiet. Iam Caryinum quod & ipſum dulce eſt, colore nigricat. Theræũ, nigrum quidem eſt, ſed Caryino non reſpondet, vt quod illo minus habeat dulcedinis.

Dulcia. Cilicium abates. Æginum Perperinum. Sapa.

VINA ALBA.

Porrò nullum vinum album dulce eſt, ſed alia auſtera & craſſa, alia aquoſa & tenuia flaua & fulua, quędam modice dulceſcunt, ſicut Hippodamantium, & Fauſtianum, Phalernúmq;. Nonnulla, omni dulcedine carent.

VINA RVBRA.

Rubra his craſſiora ſunt: quẽadmodũ rurſus his alia quæ magis colore ad nigra accedunt. Porrò alimentum ex his omnibus craſſitiæ proportioni reſpondet. atq; ideo refectione indigentibus dulcia propinanda ſunt, præſertim cum iecur, lien & renes nulli vitio ſunt obnoxij. At quibus craſſus in venis humor collectus eſt, ijs tenuioris ſubſtantiæ vina ex vſu ſunt. Si frigidus, acria vetuſtáque conueniunt. ſi non frigidus, neutrum illorum profuerit. Cæterum humoribus probis gignendis potiora ſunt odorata, ſed caput etiam tentant. Ad vrinam citandam, tenuia principatũ obtinent, tum caput nullo pacto contingunt. Craſſa ſimul & graueolẽtia, inſuauia, auſteráq; vitare oportet. quale eſt prauum Bicyum quod magnis cadis adſeruatur. Quod autem in paruis continetur, nec inſuaue, nec graueolens, nec craſſum nimis eſt, imò nec aſtrictionem habet acerbã, verũ vt non boni ſucci eſt, ita nec malised in medio illorũ quæ probum malúmve humorẽ procreãt, conſiſtit. Porrò bonitate ſucci lõge ſuperat omnia & Falernũ, & quod dulcius præſertim eſt. Eodem genere cõprehenditur dulce illud Tmolites, coloris fului. Eſt nanq; præter iam dictũ, aliud quoq;

Vina vniuerſa.

Quæ vina probos gignãt humores.

Vrinã citantia.

Bicyon.

Tmolites.

auſterum quidem abundè, ſed non æque benigno ſucco prædítum, quod ſtomacho diſſoluto, ac ventriculo, calida potiſſimum intẽperie affecto robur adijcit. quippe huius gratia, tum vt fluentẽ aluum ſiſtamus, vino auſtero vtimur, alioquin non vſuri, quòd videlicet nec alimentorum diſtributioni, nec ſanguinis generationi nec bonis humoribus gignẽdis, nec vrinis probè mouendis, nec ſudoribus excernendis, nec vẽtris ſubductioni conferant. Verũ non propoſuimus hic virtutes nec vitia vinorum commemorare, præcipuè eorum quę morbis conducunt. quod igitur inſtitutum eſt, rurſus in ſumma repetitum breuiter explicabimus. Bilioſiori corpori, ſiue ex temperamento naturali, ſiue qualicunq; adſcititio, nec falernum nec dulce Tmolites fluuum, nec Ariuſium nec Leſbium odorum & fuluum, prædictis ſimile, potui eſt idoneum. nempe id genus omnia calida ſunt: quare neq; natura bilioſis, neque ex ſolis aduſtione factis, vel ex alijs multis ardoribus, vel inedia, vel triſtitia, vel anni tempore, vel regione & calida conſtitutione, huiuſmodi vinum exhibendum eſt: Econtrario ſalutare eſt omnibus qui calefieri deſiderant, pituitoſis, frigidis temperatura, iſs qui crudorum humorum copiam coacer-

Vina morbis cõducũt.

Quæ vina bilioſis nõ cõueniant.

Caniſſæ bilis

Quibus dulcia vina cõducant.

uarunt,in otio viuentibus,in loco frigido, hyeme,& conſtitutione frigida,humidáq; his inquam vniuerſis fuluũ ac dulce vinũ ſalutiferum eſt,contrarium ijs qui ſecus habent, non vt malos humores faciens, ſed tanquam refrigeratione indigentes excalefaciens.Procliue enim eſt ipſis,dũ hoc bibũt,capitis dolore,febri,& quodam neruorum affectu corripi. At fulua dulciáque mediocriter(nullum enim fuluum ſummè eſt dulce.) ad nigrum magis & dulce tendentia, non perinde ac fulua calida ſunt. qua ratione minus,tum caput,tum neruos offendunt,tum febres ſimiliter accendunt. Quòd autem vina dulcia craſſaque aluum ſubducant,neminẽ ferè ignorare arbitror. Quemadmodũ etiam muſtum flatulẽtum, concoctu difficile & craſſum,hoc bonitatis duntaxat habet, quòd ventrem ſubducat. Cuius ſucceſſu ſi fruſtretur,maiorem noxã potum adfert. Cæterũ cõmune eſt omniũ vinorum,quæ quidem non craſſa adeõ,nimíſque dulcia ſunt:vt Theræũ & Scybelites,vetuſtate flaueſcere,& ignis modo ſplẽdorẽ quempiã repręſentare.Etenim nigra, quale eſt Perperinum,ſi diu adſeruetur,rubrum quendam aut fuluum prius colorem induunt,deinde flauum.Item album,quale Bithynium,Aminæum Romani vocãt,ſic

Muſtum

Bithynium.

Aminæũ

Cecubũ inueteratum, Cecubũ, quod ſanè ex quali ſit genere, nullo pacto queas cognoſcere. Iã vero tale amarũ quoque eſt. & ideo minus idoneum potui. verũ tabernarij id genus vina miſcent nouellis, & veterũ loco venditant, amarore imponentes ijs qui vinis exacte guſtandis imperiti ſunt. Abſtinere igitur tam vetuſtorum potu, ſicut & nouellorum nimis, expedit. Illa ſiquidem plus quàm par eſt, excalfaciunt: hæc dum nouella fuerint, nihil prorſus caloris excitãt, nec ipſa vix concoqui poſſunt, tantũ abeſt vt ciborum concoctionẽ adiuuent. Adhæc neq; per aluũ deſcendunt, neq; vrinas prouocãt, neq; ſanguificationi (vt vocãt) neq; nutritioni conferunt. Permanent autẽ diutiſſime in ventriculo aquæ inſtar ſuſpenſa, & ſi paulo largius adſumas, ex facili acescunt. Sola vero nouella ſalubriter biberis quæ ſubſtantia tenui prædita ſunt, quẽadmodũ in Italia Gaurianũ appellatũ & Albanum, nõnullaq; ex his quę in Sabinis & Thuſcis proueniunt. nõ enim omnia ſunt eiuſmodi. At Aminęum quod circa vrbem in colliculo ei incumbente naſcitur, breui temporis interuallo fit potabile. In Aſia apud nos, tum Bithynum, tum Arſynum, tum deniq; Citacazenum. verum hęc exẽpli gratia proponere viſum eſt. vidi autem

vetuſta. Nouella Gauria-num. Albanũ. Arſynũ. Citaca-zenum.

huius generis vina apud omnes ferè gentes, ſed non cognoſcunt ea exteri, idq; duplici cauſſa, tũ quòd omnino pauca proueniunt, tum quòd lõgam nauigationem nõ ſuſtinẽt, vt à mercatoribus in aliam regionem tranſuehi queãt. At diſtinguere ea facile eſt, primũ quòd tenuitate potiſſimum aquã proxime accedunt, dein etiam albedine, ac guſtanti tibi aquoſa citra vllã adſtrictionem validam apparent: inſuper in temperando haud multam aquæ miſtionẽ tolerant, vnde à veteribus quoq; medicis græce ὀλιγοφόρα nominata ſũt. Quinetiã ſicut fulua virtute calida ſtatim caput replẽt: ita huiuſmodi præterquã q; nunq; id offendũt, interim adiuuãt, paruos quoſdã dolores ſedãtia, qui ex humoribus vẽtriculi accidere conſueuerunt. nã capitis, non modo cum proprio quodam adfectu cõflictatur, ſed etiam cũ ex ventriculo praui humoris vapor ſurſum adſcendat: talis dolor vino quod parum aquę ferat, ac modice adſtringat, epoto, curatur. Quæcunque enim iam vires remiſſas habent, veluti apud nos Tibynum, in Italia vero Sabinorum aliqua, tanto modice aſtringẽtibus deteriora ſunt, quanto aqua præſtant. Inuenias enim quãdoque etiam aquæ potu, capite nonnullos dolere, præcipue, ſi vitioſa fuerit, tanquam

ὀλιγοφόρα. Fulua vini.

Tibynũ Sabinorũ vina.

ipſius corruptio naturale vētris robur exoluat, quo debilitato ſanies bilioſæ ex corpore in concauum ipſius ſolent confluere, ſicut ijs qui ieiunio ſe macerarunt, à quorum malitia offenſáque prædictum vinum hominem liberat, ſtatim quidem tempera menti, paulopoſt autem ventriculi robore ſibi reddito, quę infeſtant infra propellens.

Aqua quibus conuenit. Attamen calidis admodum temperaturis hominum vel naturæ vel ætatis beneficio, aqua vini potu vtilior eſt. Sin autem vino nonnunquam opus ſit, id tenue & mediocriter auſterum ipſis exhibendum eſt. Pari modo in omnibus cibis & potionibus non ſimpliciter ſingulis vti præſtat. verum pro eorum qui vtentur naturarū ratione. Porro maxima in vinis differētia eſt, ſi ſpeciatim ea (vt diuiſum eſt) inſpiciamus. Cæterū in alijs rebus exigua eſt: neque enim reperias quandoque lētem vel braſſicam humectātem, ſed minus quidem alteram ſiccantem, nullam vero humectātem. Adhæc multo minus inuenias genus aliquod cepa rum vel porrorum vel aliorum refrigerās, ſed minus magiſque calefaciēs, quare nec lactucam calidam, nec atriplex, vel blitum, vel portulacam, attamē maioris minoriſque ratio magnum in eis diſcrimen producit. Inter vina vetuſtiſſimū eſt, quod à Ro-

manis Cecubum appellari dixi, tantum ab albo ſimul & auſtero, nouellóque & craſſo vino differt, vt hoc ſane vehementer calefaciat, illud manifeſto refrigeret. Iam vero in melle non mediocris diuerſitas continetur: quod tamẽ vitioſum eſt, vt vel graueolentia, vel guſtu aliam quampiam admiſtã qualitatem innuat, id mel non cenſendum eſt. At inculpati mellis ſecundum maioris minoríſque rationẽ dulcedo & acrimonia euariãt, ſi ipſa ad ſummum bonitatis perueuenerint. Verum quod virtute ſit calidum, ac prompte in calidis corporibus in bilem tranſeat, cuilibet ex ipſius genere commune eſt, ac propterea naturis pituitoſis, ætati vero ſenili ſicut & morbis frigidis cibus eſt vtilis. Oxymel tamen cum ætatibus, tũ naturis vniuerſis ad ſanitatis ſecuritatem ſeruit vtiliſſime, dũ omnes meatus arctos aperit, vt nuſquam craſſus vel glutinoſus humor adhęreſcat. Huius gratia inſuper & medicamenta medicis dicta ſalubria, attenuãtis omnia virtutis ſunt. Securior enim hæc eſt ad ſecundam valetudinem ſeruandam quàm quæ incraſſat: verum bonã habitudinem robúrque nequit efficere. Malunt enim nõnulli dubiam ſanitatem cum meliore habitu, quàm firmam ſemper macilenti & imbecilles poſſidere. Porro ex his

Mel.

Oxymel

ipſis qui ſanitatem cum bono habitu & robore deſiderãt, quidam ſibi vacant, aliqui militarem vitam vel ciuilem delegerunt, coacti & noctu ſurgere, & toto die neceſſarijs actionibus addicti laborare. His exercitatio quę à gymnaſticis vocatur apotherapeutica ante balneum, ſi obtinere potuerint, potior eſt. Iã multi neq; hac per occupationes vti poſſunt: quare nec perpetua ſanitate frui, quanuis tẽperanter victitarint. qui vero pro viribus inſtituta munia obeunt, raro aduerſa valetudine corripiẽtur. Itaque neceſſe eſt eos cibis veſci valentiſſimis, qui humores craſſos procreent. verũ modicè hoc agendum, & in illis temporibus, quibus manifeſtam inediam ſentiant. aliàs medijs ſemper eſculentis, tum imbecillis, tum valentis materiæ vtendum eſt. à vitioſis ſemper abſtinendũ, niſi cũ ægroti æſtate totius corporis ſiccitatẽ, calorémq; emendare conãtur. Conueniunt enim tunc poma, pira, mora, ceraſia adſumpta. Ficus & pepo, melopepo, item pręcocia dicta, vel perſica, modicè tunc manducari debent, quemadmodum etiam melce, vt Romani vocant, refrigerata. ſpuma lactis, tum lactaria omnia, quale eſt quod appellant argyrotrophema. præterea ficus ſimiliter frigida, & cucurbitæ ſic adfectis idoneę ſunt.

Quæ æſtate cõueniunt.

Temperãs autem homo alia ratione poſt commemoratos labores, corporis ſqualorẽ humectare & refrigerare poterit. Profectus enim à balneo, & aqua primum pota, deinde vino mediocriter aquoſo, reiectóq; per vomitum quod biberit, lactuca in primis, olere refrigerante & innocuo veſcetur, mox petiolum ſuis ex aceto, garóque probe coctum edet, & alas gallinæ, vel anſeris, aut ventrem ipſius, aut etiã piſcem aliquem frixum ex eo genere quod à carnis mollicie ἀπαλόσαρκον Græci nũcupant. Licebit etiam, ſi volet, holuſculum quoddam non mali ſucci eſitare, quod genus eſt malua & cucurbita, poſtea vinum bibere, aqua perfrigida dilutum: ante hoc autem ſalſamentum quoque & oua dicta tremula, piſces oleo garóque cõditos commeſſe licet. Satius nanque eſt, vt dixi, aqua frigida ſiccam corporis caliditatem curare, vitantes ſemper cibos qui prauos humores generant. Alica vero frigida ex œnomelite & vino frigido, eidem corporis adfectui, ſine ſucci prauitate medetur. At mihi ſæpenumero hoc vitio conflictanti ſatis fuit ptiſanæ cremorem probe refrigerantem tunc vſurpare, cum, ſicut paulo ante dixi, commode frigidam quiſpiam biberit. verum alia alijs menſura cibi potúſque refrigerã-

tis eſto. qui nanque niue vti conſueuerunt, illa refrigeſcunt: qui recenti fontis aqua, nihil niue indigent. Vinum quod tempera tur æquè ſit prius refrigeratum, ſic enim medicis appellare mos eſt vina prius in aqua frigidiſſima refrigerata, vaſe videli= cet quod vinum continet, aquæ inſiſtente. Hæc itaq; præſcribo ijs qui vitam otioſam delegerunt, quemadmodum gentium, ciui úmque gubernatores. & adhuc magis ho= rum miniſtri. Huc accedũt qui in bello, vel profectionibus longis immorantur. At qui ab huiuſmodi negotijs liberi ſunt, ſi qui= dem exercitari ſoleant, rariſſime frigidam potionem requirent: ſi multũ caloris æſta= te ſentiãt, ſine noxa fontanam aquam bi= bent, à niue abſtinentes, quãuis etiam illa confeſtim iuuenibus corporibus nullã ſen= ſibilem offenſam afferre videatur: neſcijs tamen illis, noxa paulatim augeſcit, tempo riſque proceſſu, in ætate declinante, morbi inſanabiles, difficiléſque in articulis, neruis & viſceribus oriuntur. Conſentaneum au= tem illam corporis partem quolibet læſio= nis genere adfici, quæcunque fuerit natura * imbecillior. Porro plurimum momenti ad vitioſos humores, morbúmque gignen dum cruditas continua adfert: ſiue ex bo= ni ſucci epulis, ſiue mali proueniat. At per=

* Aſias ſenſibi= ſior.

ſpicuum eſt illam quę malis ſuccis debetur, multo eſſe peiorem. Iam vero cum ſint duplices, ex ijs ſane qui tenuem ſuccum pariunt, acuti morbi cum febribus malignis naſcuntur: quòd ſi humores praui in particulam quandam decumbunt, eryſipelata, herpetes, ſiue alius quiſquam ſimilis adfectus. ex illis autẽ qui craſſo ſucco gignendo ſunt, articulares morbi, podagræ, nephritides, ſuſpiria, lienis, iecinoriſque ſcirroſæ diſpoſitiones emanant. Quòd ſi vitio ſus atræ bilis humor particulam quampiã obſederit, cancri, lepræ, ſcabies, febres quartanæ, melancholiæ, decolores nigritię, cum lienis tumore perſimili incidunt. Item varices, nigrę hęmorrhoides multis huius humoris vitio obueniunt. At permixti pluribus humoribus adfectus, herpetas & quæ vocant phagedænica vlcera ſiue maligna, omnia, febres acutas adducũt, quas recidiua, vt in tempus rurſum incidant, comitari conſueuit.

FINIS.

PSELLI DE VICTVS RATIONE AD CONSTANTINVM IMPERATOREM, LIBER. PER G. VALLAM PLACENTINVM.

ET hoc tuæ opus prouidentiæ, ſublimiſq; ingenij necnon mirificæ lenitatis præſcriptũ eſt Conſtantine ſanctiſſime & maxime imperator, quòd vulgares infimóſque ęque ac philoſophos & diſertos homines vſum velis honeſtiſſimorum & commodiſſimorum ad victum pertinentium habere, atq; peritiã. vt eorum contrarijs vitam tueri poſſint, & mala auertere, nóſq; inceſſis quòd curam habeamus nullam eorum qui parum poſſint, non vtendo ipſis notiſſima rerum appellatione quæ de foro ac triuijs fuerit aſſumenda. Vtemur itaq; vt non exquiſitiſſimis & non vſurpatis à Græcis nominibus, ita non à barbarie corruptis. Alienum nanq; ſit mediocriter inſtitutos hæc ignorare, & Grecis conſuetiſſima cunctis, quorum in præſenti æditione trademus cognitionem. In primo itaq; loco victum pone-

mus eorum quę boni ſint ſucci, atq; ita interiectum quæ attenuẽt & denſent, quæ facile concoquãtur, dein quæ ſtomacho proſint, ipſúmq; confirmẽt. poſt id quæ ſecent & abſtergeant, & obſtruant. hinc quæ citent & quæ aſtringant aluũ. mox quæ ſanguinem improbum & malo humore refertum generent. pòſt quæ ſingulos humores pariant, ſubinde quæ inflationem amoueant, quæ que inſient: quæ craſſi humoris, & multum alant, & contrà quę parum alant, quæ que redundantia & ſuperfluentia ſint. Denique aperietur quis victus raritatem & quis denſitatem adducat.

DE HIS QVAE BONI SVNT SVCCI.

Longe optime ſucci eſt lac recẽs omnium ferè animalium, quod confeſtim bibatur cum primum mulctum fuerit. id ſanè ſumẽdum eſt ante cibum omnem ac potum, ne quicquam aliud cum ipſo mãducãdum, quoad concoquatur atq; digeratur. Nam ſiquid vel parũ modo ei admiſceatur, ipſum corrumpitur & quod cum eo adſumptum eſt. Præſtat igitur matutino tempore id bibere ſtatim mulctũ, nec interea cõeſſe quicquã clementer inambulando. Primum igitur aluum citat, dein impẽſiſſime nutrit, nec vltra excernit, ſed ſiſtit aluum.

Poſt ipſum lac maxime nutriẽtia ſunt ouа tremula, ſorbiliáq́, gallinarũ in primis vitelli, deterrima anſerum. Carnes præcunctis gallinæ & phaſiani, necnon gallorum teſticuli, deinde aliarum volucrum, perdicis, attagenæ. Columbinam carnem vita, magiſq́ coturnicis. admitte turdos & merulas iuuenes, paſſeres mõtanáſq́ auiculas, necnon troglytas, quæ hirundinibus perſimiles, pedibus curtis, foraminibus turriũ ſolum ſe committunt. His duriores & difficulter concoquũtur, turturis, inde anatis, pauonis, anſeris, gruis. magis recremẽtitiæ anſerum & cygnorum & otidum. Inter omnes illæ demum melioris ſucci quæ animalium ſunt adhuc creſcentium, nempe ſubiectorum alimentis. ſeniles vtiq́ improbæ omnes, bonæ in agris vitam agentes, in totũ quæ exercitatæ, quæq́ aridiore vtantur nutrimento, quæq́ purum ac tenuem reſpirant aërẽ. Econtrario malæ quæ cibis veſcantur humidioribus, & quæ minimum exerceãtur. molli illa carne expleri poſſis, at hac parcè veſcendum. Inter terreſtria vero animalia, hœdina caro agninæ præſtat. deterrima omnis quæ cum pelle coquitur. Inter piſces, maritimi præſtant & ſaxatiles, in quibus mulli, rombi, pagari, oratæ, dentici. Peſſimi autẽ mugilis in pri-

mis, inde lupus, inde trigla, quæ manducã-
do guſtui non reſpondẽt, quæq; intus her-
bam non habeãt. Inter bonum & malum
ſuccum bugloſſum, pſiſiũ. In totúmq; elẽ-
cti ſunt piſces qui glutinoſi nõ ſunt, quiq;
guſtu non diſpliceant. Inter terreſtria ani-
malia, ſues, porculi anniculi, myſtariáque &
pedes & auriculæ. Ferorum quàm cicurum
caro ſucci melioris. Inter panes qui frumẽ-
taceus, purus, bene præparatus, ſiligina-
ceus, fermẽtat⁹ vt decet, hordeaceus, expur-
gatus, & furnaceus quàm clibanarius. Inter
legumina, fabę, cicer rufum. Arborum fœ-
tus, ficus tempeſtiui, & vuæ maturæ, quæ
paululum modo penſiles, aridæ ficus, quæ
omnia cum propere concoquuntur, boni:
cum vero in ventre diutius commorãtur,
improbi ſucci euadunt. Si cum nucibus aut
auellanis amygdaliſve manducãtur, nõ of-
fendunt. at cum alijs manſæ edulijs ficus
tam, recentes quàm aridę vuæ ve, plurimũ
lædũt. Caſtaneæ nõ admodum mali ſucci:
meliora piſtacea & amygdala. Inter hole-
ra, lactucæ, cichoria, intyba. Inter vina quę
odorata & cõcoctu facilia. Quòd ſi obſtru
ctio oppilatióque interuenerit, ſumendum
erit mulſum vinúmq; tenue & album, iúſve
aqua confectum ex allio & cepe excocta,
cõpoſitis pipere & origano & thymbra &

ſinapi. Bonum ius ex apio, petroſelino, mẽtha, pentartymo, cumino, aniſo, dauco, ruta. Hæc omnia compoſita, prædictum præbent nutrimentum.

QVAE FACILE CONCOQVANTVR.

Panes bene parati, hoc eſt ſubacti, in fermẽto temperati, & leniter cocti, & mediocriter ſalſi. Inter piſces cũcti ſaxatiles, gobius, torpedo, trichias: omne genus volucrum, pullorum gallinaceorum, caro perdicis, attagena, columbina nõ bona, in totum optima pinguium & iuuenum alarũ, mala tenuium & vetulorũ altilium, ac ferculorum lacte nutritorum, iecur itidem volucrium, præcipue gallorũ teſticuli. In bubula carne præſtant vituli, & caprina hœdi. horum omnium in primis quæ in aridis paſcuntur locis, oua tremula ac ſorbilia. Lactucæ, intyba, malua, bugloſſa, colocyntha cum ferbuit, amygdala magis anedone.

QVAE DIFFICVLTER CONCOQVANTVR.

Caprina caro, bubula, Ceruina, deterior hirci. Inde arietum, inde taurorum. In totũ vetera animalia difficulter concoquun-

tur omnia, aluus difficulter concoquitur. Inteſtina, vulua, cor, iecur, aures, caudę, renes, omnia præcordia ac interna. Cerebrũ, medulla, & ætate perfectorum animalium teſticuli, anſeres, anates, querquedulę, aquaticæ omnes volucres, præter alias phaſſæ, ſturni, paſſerum pullorũ caro. Durior adhuc magis turturis & anatis, impenſiúſque pauonis. Alui omnes volucrium difficiles cõcoctu. Cochleæ, limaces, oxygala, caſeus vetuſtior, cõchilia, aſtaci, paguri, cancri, camari, carabides, octapodia, ſepiæ, polypi, moſchitæ, calamaria, bati, liobati, limę, dracones, ſcorpidia, triglæ, pagari, oua obdurata, aſſáque & fricta. Faba, ſiliquæ omnes. phaſelli, cicer, oryza, halica, panicum, miliũ, lens, ſeſamus, caſtaneæ, dactyli, ſiliquæ, citri cortex, rapa, napus crudus, bulbi crudi, daucus, cunctæ holerum radices, & holera ipſa minus, pręter lactucam & intybũ. Inter vina quæ craſſa & auſtera. dulciáque & noua, & aquæ vis nimia.

QVAE STOMACHICA ET CONFIRMANTIA.

Dactyli qui acerbiores, mala cydonia, oleę aſperæ, colymbades & cum aceto cõfectæ, vuæ paſſæ, acerbeſcentes vuę, vinacijs demptis, nuces cum ficubus, tubera, cinara qui

carduus pineus, ſinapi, rapę, napi valide co-
cti, naſturcium, bulbi, qui appetētiam exci-
cuunt, capparis, citri cortex, pira præcipuè
acerbiuſcula, caſeus, vinum acerbeſcens au-
ſteriuſculum. maxime conducibilia ſtoma-
cho abſynthium & aloe.

QVAE STOMACHVM SVB-RVVNT.

Celſus ponit ſtomacho eſſe alienas radices olerũ & quodcũq; olus ex oleo garóve eſtur.

Seutlum & euerſionem facit cum multum adſumitur: napi, rapæ crudæ, improba ſtomacho, vt bene coctæ ſtomacho bonæ. blita, chryſolochanum, niſi cum aceto & garo & oleo comedãtur, ſeſamus, lac frigidũ. Refrigerantia nanque, ventri acumen generant: at quæ calida, ſuſcitant vẽtrem. Im probi febricitãtibus pepones nõ bene cõcocti, quod cholericas ęgritudines generẽt: nõ inquam bilioſas, vt male Galenum plerique interpretantur, ſed ſubuerſiones. id nanque eſt cholericum. Antequam enim tranſmutentur, ad vomitum excitant, præſertim redundanter aſſumpti, niſi quis modo boni ſucci adſumat edulia. Cerebrum omne malum ſtomacho, vomitúmque cit, veluti etiam oſſis medulla. vinum admodum auſterum, atrum ac etiam acerbeſcẽs vomitum cit, necnon craſſum & nouum.

QVAE ABSTERGENT, SECANT ET LAXANT.

Hordeum, fœnum græcũ, melopepon, vuę paſſæ dulces, faba, cicer, & præcipue nigrũ, & ius ipſum, magis capparis, præſertim ex oxymelite, aut ex oleo ante reliquum cibũ manſa, ſeu tli ius, ipſúmque ſeutlum cum ſi napi & aceto manſum, lapathum, bulbi, cepe, allium, porrum, & ampelopraſſum, ſed cocta bis vel ter, vt acorem deponãt. Attenuat itidem, tyrogala, ficus, abſtergũt ideo quòd qui eis veſcuntur, è renibus multas arenoſas vrinas excernunt, aridæ ficus, amygdala, piſtacia, braſſica, mel ſaccharatum, oxymel, vinum tenue. Si frigidi ſint humores in corpore, etiam vetuſtum aqua dilutum vinum.

QVAE OBSTRVVNT ET OPPILANT.

Lac quod habet caſei aliquantum, neque tutum eſt eo frequenter vti, quod non parum offendat vt metæ ſunt, & renes & calculoſos obſtruit & iecur. ficus tam recẽtes q̃ aridę cum edulij loco adſumuntur. Dulcia fere obſtruunt. Ne ergo lædant, mandu centur cum hyſſopo ex origano, aut pipe-

re ante alium cibum, atq; ita non mediocriter profuerit mel quoque despumatum, at secus per se, malum præcordijs. Dactyli virides, & quæcunque ex siligine confecta oppilant, & splenis augmentum faciunt, calculósque generãt. Itidem farinacea cum lacte omnia. vinum dulce etiam obstruit, & præcordiorum tumores intendit.

QVAE VENTREM CITANT.

Lentis prima in decoctione ebullitio, feruefactióque. itidem brassica præcipue confecta ex oleo & garo. Crustaceam testaceámque tunicam habentium piscium ius, vt astacorum, pagurorum, mutilorum, cõcharum, & id genus aliorum. Nam si quis hæc coquat, inde concinnet coctionem ex oleo & garo, vt dictum est, & pipere, facile aluũ citauerit. Cæterum marinorum echinorũ & cõchilium iura, vt etiam veterum gallorum, præsertim ruforum, subducunt aluũ. Panis quoq; cibarius quod multum habeat furfurum: fœni græci ius ex melle coctũ, inde potum aluum subducit, secum agens in intestinis humores, mel admixtum parũ esse oportet, ne vellicet. Oleæ colymbades cum garo ante alium cibũ manſæ. Tyrogala cũ pauxillo optimo melle, quòd si hepaticos velis facere cholicos quos dixi-

mus, ſalis multũ immitte. Iuuenes animali um carnes magis quàm veteres ſubducũt, & extrema plus medijs. Ex piſcibus torpedines. Turtur mediocriter cit aluum. ſeutlum, lapathum, recens caſeus cum melle, chryſolachanum, blitum, colocyntha, pepon, ficus aridæ & virides, vuæ dulces cum vuidæ fuerint, ſycamina pura: ſiquidem in aluum deſcẽdunt primo cibo ſumpta, & ciunt aluum. manſa vero poſtremo, aut etiã malum humorem offendentia in ventriculo corrumpuntur, id facit colocyntha. Nuces virides & aridæ, aqua maceratæ & pelliculatæ. Damaſcena humida & arida melle confecta, madefacta vt plus teneãt mellis, mãſáque ſolitaria. ſi his mellis compoſitio abſorbeatur plus ſubducit quàm ſi vinum dulce potites, vbi non confeſtim profuerit, ſed aliquandiu interfuerit. Ceraſa dulcia, rhodacina, mollia, & cũcta humida & aquoſa ventri ciendo idonea, ob hoc media horum eduliorum eſt ferè materia, quòd in ea non ſit acor vllus. Cæterum dulce vinum his idoneum.

QVAE ALVVM COHIBENT.

Dactyli qui acerbiores, vuę paſſę quę acerbæ, ſycamina horna, myrti baccæ, vnedones, acria pruna, poma acerba, pira dulcio-

ra:tamen poma omnia cum acore ciunt aluum,mala granata,pyra. Lac refrigeratũ, vt concreſcat,aſtaci,paguri,cancri,carabidæ,quaſi coquas & haurias humorẽ, aſtringunt aluum,ſicut oſtrea,conchæ,& ſimiliũ caro. Lens & braſſica bis cocta,aluum cohibet, ne mediocriter coquatur in aqua profundatur,inde in aliam immittas calidam, & plurimum ibidem coxeris quoad remolleſcat. Oriza,panicum,milium,halica,leporina caro,vinum acerbum & rutilum.

QVAE SVNT MALI SVCCI.

Succi vitioſi non vna eſt ſpecies. Nam eſt quæ magis pituitoſa, eſt quæ bilioſior, eſt quæ magis atra redundat bile. Abſtinendũ ſane ab omnibus edulijs quę malos humores gignunt, tametſi concoquantur ab aliquibus. olim nanque humoris vitioſitas in venis reſidẽs, cum occaſionem modo perexiguam putrefactionis admiſerit, febres excitat curatu difficiles. Sunt autem mali ſucci huiuſmodi,ouium caro & caprarum, itidem quæ acres. Hircorum peſſima,inde arietum,inde taurorum. In totum peſſima vetera. Leporina caro quòd ſanguinem generet craſſiorem,minus mali ſucci bubula & ouina. Mali quoq; ſucci ceruorum renes, mali ſucci teſticuli cunctorum ferè animã-

tium, prę terquàm gallorum. Item malum, cerebrum, ſpinę medulla, lien, iecur aliquã to deterius ſuillum. Cuncta interanea animalium mali ſucci, oua fricta, caſeus antiquus, ſiliquæ, faſelli, lens, cicercula, eruilla, eruum, ſiligo, panicum, milium & id genus alia. Inter piſces, dracones, lupi, mugiles, ſcorpij, triglæ, quæ caridas deuorãt & ceta riorum omne genus. fœtus arborum ferè omnes, minus alijs ficus, & vuæ, pyra. In cucurbitarum genere tetrangura, magiſcꝫ inter ea quę dura, pepones. Colocyntha me lior ſi bene concoquatur, ſin malè, mali ſuc ci eſt. Holerum nullum omnino boni ſucci. Mediocris eſt lactuca & cichorium & bu gloſſa, inde malua, inde chryſolachanum, & portulaca & blitum & lapathum. Radices ſtirpiũ holeroſarum mali ſucci, acres, vt cepe, porra, allia & braſſicæ, thyrſus, dau cia, rapæ, napi niſi admodum cocti, braſſica, bulbi niſi admodum cocti. Cepe tamen & allia & porra & ampelopraſſa bis ferue facta, malum deponunt ſuccum. Mali ſucci prorſus agreſtia holera, vt agreſtes lactucæ, picrida & id genus alia, vina craſſa & male olentia & auſteriſſima.

QVAE PITVITOSA.

Animalium neruoſæ partes, pedes, pelles,

cerebrum,pulmo, ſpinæ medulla, agnina caro. Caro teſtaceam pellem habentium & mollium carne,poma,pręter parauiſa,quę non ita:tetrangura.

QVAE ATRAM BILEM GENERANT.

Carnes bubulæ,caprinæ, magis taurinæ & hircinæ,leporinæ,ceruinæ, aprinæ, vetulæ carnes. Piſcium,cochleę. Inter holera braſſicæ,& arborũ ramuſculi, ſalſa omnia cõfecta. Inter legumina lens melancholicũ edulíũ,triticei panes,& qui ex milio,loliũ quoque. Intervina craſſa& atra. ſiliquę,cinara.

QVAE BILIOSA.

Mel facile in flauã bilem vertitur,& calida corpora,vina dulcia, & quicquid dulce,facile in calidis corporibus bilieſcit.

QVAE GLVTINOSOS HVMORES GENERENT.

Panes ſiliginacei & ſiligo ipſa, & membra animaliũ cartilaginoſa,oſſea,auriculæ,muſtax circa labra,porculi, caro recẽs agnina. Seſamus,halica oriza,bulbi,dactyli.

QVAE CRVDOS HVMORES GENERANT.

Dactyli virides,napi,rapæ,radix cum quis

eis ſaturabitur. Caro cruſtaceam pellem habentium, & duræ carnis quæ ex multa coctione ius eiectãt, & carne mollia, vt octapodia, ſepiæ, calamaria, thymi, lacerti, xyphiæ. Cæterorum animalium partes, vẽtres inteſtina, vulua, oxygala, caſei molliculi, lupini. Vuæ cum in aluo commorãtur, frigidos quoque humores generãt. Cuminum, libyſtici radix & ſemen, lini grana, canabis ſemen, faba. Bulbi bis cocti in oleo & garo cum aceto mãſi. Mel fictũ, oxymel, itaque & flatus diſcutiũt, panes hordeacei, cicercula, faſelli, milium, lac præcipuè frigidum, vina dulcia ſimúlque auſtera. Ficus præcipue virides, aridę quoque. Panes ſine fermento non ſatis cocti, ſiliquæ faſellorũ, lens, faba, fræſa, ceruina caro, caprina, bubula, leporina, porcina, renes, teſticuli, cerebrũ, ſpinę medullę, linguę partes poſtremę, omnes caſei, oua obdurata, magis fricta, caſtaneæ, glãdes, tubera, poma, ſapa ac defrutum, vt vinum quoque dulce.

QVAE ALVNT MVLTVM.

Caro bubula, boum cerebrum, teſticuli, cor, ſpinæ medulla, omnis medulla, alę anſerum, anatum, querquedularũ, magis gallinarum, caponum, phaſidum, perdicũ, pa-

uonum,& omnium volucrum ventres,quę cruſtaceam pellem habent,vt oſtrea,cõchylia,aſtaci,paguri,carabidæ,cammari,ſepiæ & id genus alia,torpedo,pagarus, mullus, turtur,dentices,oratæ,triglæ, oua non obdurata, panis ſiliginaceus & ex polline tãtum,fabæ,cicer,fœnum græcum,ſiliquę,caſtaneæ,lentes,dulces dactyli,vuæ paſſę dulces & pingues, rapæ, napi, bulbi bis cocti, mel deſpumatum & mulſum,bene concinnatum,puls,oriza,halica,vina craſſa,rufa, atráque & dulcia & auſtera.

QVAE PARVM ALVNT.

Animalium extrema,vulua,aluus, inteſtina,cauda,auriculæ,axungia. In totum volucres omnes minus alunt quàm quadrupedes animantes, & quæ ſenuerunt quàm quæ creſcunt. Piſcium nutrimentũ eſt ſanguinis parcioris. Cruſtaceam pellem habẽtes quàm quæ mollis carnis, vt oſtrea,panes hordeacei,panis triticeus,amylum,miliũ, panicum, plus faba viridis, ſycamina, auellanæ amygdalæ,piſtacia, damaſcenæ, harmoniaca,olea,atrę nuces,zizippha,corna,pruna,capparis,ſeutlũ,lapathus,portulaca,raphanũ,ſinapi,naſturciũ, aſparagus. Cepæ autem & allia & porra, & ampelopraſſa,cruda,perexiguũ corpus alunt, co-

cta bis aut ter impendio minus, pyra, colocyntha, vuæ paſſæ acerbæ & macræ. Ficus aliquãto plus nutriunt, raram faciunt carnem, minus omnino vuę ficubus alunt, vina acria alba vel rubella.

QVAE REDVNDANTIA.

Anſeres, anates, querquedulæ, columbi, palumbes, cuncta interna animalium, iecur, lien, renes, inteſtina, vulua, ſpinæ medulla. Aues quæ in ſtagnis paludibúſq; paſcuntur omnes, fabæ virides, faſelli, cicercula, eruum. lactentium pecorum caro omnis, & otioſam vitam agentium. Inter piſces fluuiatiles, ſtagnantes & in luto cõmorati. & marina omnia cetaria.

QVAE NON REDVNDANTIA.

Colla animalium, caudæ, alæ, & agreſtium caro animalium, & quæ in aridis locis vitam agunt.

QVAE ATTENVANT.

Allia, cepæ, naſturcium, porrum, ſinapi, piper, origanum, mentha, hyſſopum, apium, thymbra, petroſelinum, braſſica, ſeutla, ſcolimum, marathrũ, ruta, anetum, cuminũ, capparis, dauci ſemen, hordeum, ſaxatiles piſces, montanæ volucres paruæ, quæque

in montibus viuunt, turdi, merulæ, perdices, trogletæ, columbi qui in turribus nidulantur, torpedo, turtur, bugloſſa, pſilia, magnę volucres interemptę aſſeruẽtur ſaltem ad dieculam antequàm coquãtur. Etiam altilia, itidem fructus arborum vt humorem deponunt infeſtum. Ficus & vuæ cum nucibus, aut auellanis, aut piſtacijs, aut amygdalis manducentur, præcipuè amaris, & humore noxio depoſito, prodeſſe poterint. Inter hæc mediæ ſunt oliuę vina alba & tenuia. Et in primis ad tenuandum vinctum præſtat in vſu continuo oxymel.

LIBRI PRIMI FINIS.

PSELLI DE VICTVS RATIONE AD CONSTANTINVM IMPERATOREM LIBER SECVNDVS.

AD victum humanũ pertinens intentio, sereniſſime imperator Conſtãtine, & ſalubrem & commodum, necdum primo perfecta eſt libro. Exiſtimans ſiquidẽ ſubijcien-dam breuiter curam, quę ſalubribus quoq; adminiculis cõtineatur, vt aperiamus quæ calefaciant aut frigefaciant, humecténtve, arefaciántve, quæq; binas ſimul inſignes habeant qualitates, quæ facile aut difficulter tranſmutentur, & quæ faciles tranſitus habeant, quæ mẽbra offendant, & quæ minus. eáque paucis non vt quæque longius proſequamur. modus ſiquidem tum fuerit nullus.

QVAE CALEFACIANT.

Canabis ſemen, fœnum græcum, dactyli dulces, poma dulcia, mel, ſaccharum, vuæ dulces, mentha, apium, raphanũ, rapa, ſinapi, naſturciũ, allium, cepe, porrum, ampelopraſſus, caſeus vetus, vinum dulce, cali-

dius flauum, vinum vetus, piper longum, album & atrum, gingiber, agni folia & semẽ, amygdala, plus amara, glycyriza, resinæ omnes, hypericum, sal, salsugines omnes, fœniculum, anetum aridum, iuniperus, ciceratum.

QVAE REFRIGERANT.

Hordeũ quomodocũq; coquatur, hydna, colocyntha feruefacta, pepones, melopepones, cucurbitæ, tetrangura, cucumis, poma, prẽter parasina, sycomora, pyra quę minus dulcia vt ferè fragilia, acidæ vuæ & acres, mala punica præcipuè acida. Lactuca, intyba, portulaca. Caseus recens, aqua, vinũ rubellum tenue, mustum crassum & nouum, acetum, quo acrius. Omphacium, panis ex milio, amylo, panico, & cibarius.

QVAE AREFACIANT.

Lens & brassica visum hebetat, nisi oculus sit humidior, caulis eius min⁹ arefacit, aliorum holerum aridior. sinapi, eruum, cũ bis coctum iecta aqua, plus adhuc albũ. Fricta aridiora omnia. & quæ cõponuntur ex vino & garo aridiora, oleum dulce, lotũ, pyra sylueſtria, asparagus, nasturciũ, daucus, omphacium, amylus, sal, gypsum, panis cibarius, salsa omnia, plus mænidum capita,

ſepiæ cruſta, crocus, vinũ cucumeris & peponis ſemẽ. Lolium, anetum, balſamum, nardi ſpica, raphanis, abrotanum, citrei ſemen, vetus vinum, origanum, petroſelinũ, ruta, marrubium, ſampſucũ, hyſſopũ, alliũ.

QVAE HVMECTANT.

Colocyntha, pepones, melopepones, tetrãgura, cucumeres, cucurbitæ, nuces virides, mora, lactuca, intyba, portulaca, malua, blitum, chryſolachanũ. lactucæ quoq; ſemen, faba recẽs, aqua, bugloſſa, violę folia, perſica, fungi, harmoniaca & ferè poma omnia.

QVAE FACILE CORRVMPVNTVR.

Ceraſa, perſica, harmoniaca, & ferè in genere pomorum omnia. Itaq; cum cito egerũtur, ideo præ cunctis eſculentis comedẽda. Nam ita demum reliquo cibo meatũ præbent. manſa poſtremo corrũpuntur. Idem faciunt pepones, cucumeres, tetranguræ, vuæ, ficus, & ſimilia.

QVAE DIFFICVLTER CORRVMPVNTVR.

Conchilia, cochleę, aſtaci, cammari, mutili, paguri, pinnæ. Hęc vitioſo humore reliquũ corrumpunt cibum, ideo bis térq; coquan-

tur,allium,cepe,porrũ, auellana,amygdala,caſtaneæ,rapæ,tribuli.

QVAE SERI MEATVS.

Omnia confecta ex caſtaneis, ſiligine, faba,freſa,cicer frictũ,panis ex polline,lens, cerebrum,ſpinæ medulla,cor,lien,aſſa ferè omnia.Oua toſta obduratáq;,ideo idonea in aceto toſta dyſentericis. Lupini,faſelli,ſeſamus,glandes, ſiliquæ,vinum dulce,plus atrum,auſterum.

QVAE CAPVT OFFENDVNT.

Naſturcium,dactyli,eruca,vinum auſterũ, rufum;& quæ vehementer olent. Lac non etiam commodum capiti,allium,cepe,fœnum græcũ. Vina omnia vehementer euaporantia,caput & neruos lædunt,aqua diluta neruos iuuãt.Damaſcena pruna,amygdala,pira miſcella.

DE PANE.

Panis frumẽtaceus præcipuum edulium in prandijs & cœnis, cribro farinario polline delecto,ſenſim coctus & moderate fermẽto & ſale,commodius ex ſiligine,ſecundus ex ſimilagine. Nutrit parum furfuraceus, qui cibarius nuncupatur. ex ſiligine difficilis concoctu,& ſi cõcoquatur,crudos ge-

nerat humores, aſtringit etiam aluũ. Exercitatis ergo congruit corporibus, otioſis vero malus. ex polline purus ſanis cõgruit corporibus, exercitantibus inutilis. Cibarius parum alit, melãcholicúſq; eſt, at aluũ citat. Panes vetuſti arefaciunt, minuſq; alũt recẽtibus, fricti aridiores & minus nutriũt. minus fermentati difficilis cõcoctionis. Siliginaceus panis recens odore, capitis omnes recreat ſenſus, & ſpiritus confirmat, & vires reficit infirmas.

DE PANICO.

Panicum & milium parum nutrit, refrigerátq;, aluum humidam arefacit, difficulter quoq; concoquitur.

DE ORIZA.

Oriza aſtringit ventrem, difficilius concoquitur halica.

DE HALICA.

Halica nutrit multum, at pituitam gignit, ſi multũ quis ea veſcatur, & nõ cõcoxerit.

DE LENTE.

Lens ſuo folliculo obſtruit, carne vero melancholicum humorem generat, hebetátq; viſum oculos habentium aridos.

DE FABA.

Faba ſanguinem generat tenuẽ, eduliúmq; eſt inflans, cum viridis manducatur; corpora humectat.

DE CICERE.

Cicer inflat, nutrítq; multũ vt faba, ſemen generat, & venerem ſuſcitat. Ipſius ius coctum in renibus calculos atterit, præcipuè paruum & atrum. Quòd ſi fricta manducentur, vt faba ſunt, & aluum aſtringũt & magis nutriunt. Si viride cicer mãducetur, humectat ipſum corpus.

DE LVPINIS.

Lupinus concoctu difficilis, craſſúmq; humorẽ generat, mediãq; vim habet ad molliendam & adſtringendam aluum.

DE FOENO GRAECO.

Fœnum græcũ aqua aſperſum & dulce factum, ſubducit ventrem. Ex garo prętmanſus eius fructus, aut ex aceto & garo, aut ex vino & garo & oleo, capitis dolorem facit, & ex garo ſolitario mãſus. ſin cum vino & garo & oleo adſumatur, capiti nullum dolorem inuehit. Eius autem ſuccus coctus & cum melle ſumptus, ſubducit in inteſtinis improbos humores, confirmátque aluum.

DE FASELLIS ET PISIS.

Faſellos & piſa aqua aſpergunt quoad radicem germénq; ediderint, & ante reliquũ cibum manducant ad citandã aluum, garo immerſa nutriunt, ſuccúmq; hæc generant cum bene concoquuntur. Meliora fœno græco, mediáq; ſunt inter bonũ & malum ſuccum, ſiue cõcoquantur, ſiue minus. & inter tarda & celeria meatu multũ nutrientia & parum.

DE CICERCVLA.

Cicercula magis nutrit quàm faſellus aut piſum, in cæteris par.

DE SESAMO.

Seſamum celeriter comedentes ſaturat, ſeræ concoctionis eſt, difficiliſq; ſtomachum lædit, craſſum humorem generat, & graueolentiam.

DE COLOCYNTHA.

Colocyntha corpori nutrimentum ingerit frigidum, paucúmque, & commodam facit aluum. Si refrigeret nimium, concidentibus, & arefacientibus, & manducantibus ipſam temperes. In hyeme crudos generat humores.

DE PEPONIBVS.

Pepones frigidi ſunt & humidi, vímque nonnullam purgandi habent. ideo vrinam citant, humectántque aluum plus colocyntha & melopeponibus. At ſemen plus carne cit vrinam. Malúmq; in corpore ſuccũ generant præſertim cum non bene concoquuntur. Tum cholericos efficiũt, non inquam bilioſos, vt vulgus putat, ſed ventrẽ ſuperiorem & inferiorem ſubuertũt. nam antequam concoquantur, vomitum pariunt, præſertim qui plus nimio deuorarint.

DE MELOPEPONIBVS.

Melopepones neutiquam tantum humidi ſunt, aut mali humoris, quantum pepones: neque tam vrinarij, neque aluo boni, nec itidem vomitorij æquè, neque ſtomacho conducunt.

DE TETRANGVRIS.

Tetrangura ipſa quoque vrinarium quiddam habent, qui plurimum manducent ea: olim craſſum humorẽ generant qui in ſanguinem tranſmutari non poteſt.

DE FICVBVS.

Ficus vt reliqua poma, malum ſuccum generant, ſed minus: habentq; bona hæc, al-

uum citant, vim habent abſtergẽdi, atque catharticam, nutriunt plus alijs pomis corpus, comedentium ipſos carnem non adſtringunt, validámque faciunt, ſed ſubturgidam inflatámque, ſed tamen nõ diu mãducanda. hæc parce omnia.

DE CARYCIS.

Caryculæ improbi ſunt ſucci, vnde & pediculorũ multam vim generant. Habent attenuandi & ſecandi vim, ob hoc facile aluum citant, renéſque purgant. Iecori, & lieni inflammationes adducunt. improbæ vt ficus, & ſicut dulcia omnia, obſtruendo & indurando præcordia. Cum hyſſopo nucibúſve aut auellanis aut amygdalis manſæ, iuuant: ſin cum alijs edulijs aſſumantur, plurimum offendunt. Alunt tamen ſatis, ideo pugilibus vetus exhibuit conſuetudo.

DE VVIS.

Vuæ quoque ipſæ vt poma, cunctis tamen magis nutriunt vt ficus, minúſque malum ſuccum generant. Cum bene maturuerint, nutriunt minus quàm ficus. proſunt cum facile egeruntur, cùm id non fuerit lædunt. nam pernicioſum pabulum ingerunt, cum in ſanguinem non conuertuntur. Sunt au-

tem ſine internis granulis briſuliſque mã-ducandæ. Quæ dulciores vuæ ſunt calidioris ſucci, quæ acriores & magis omphacinæ, frigidioris.

DE VVIS PASSIS.

Vuæ paſſę acres, auſteræq; frigidiores, confirmántque ſtomachum, & aluum arefaciunt, dulces autem calidiores, medięq; ſunt ſtomacho & vẽtri, habéntque aliquid abſtergens, paruáſque ſtomachi curant vellicationes. Nutrimentum vuarum paſſarum eſt, quod etiam recentium.

DE POMIS.

Poma quæ acerbeſcũt, frigidum habent & terreſtrem ſuccum, nempe craſſum: quę autem acida frigidum, & tenuium partium, medij ſunt temperamenti, dulcia calidiora iudicantur. Pira frigida, & aquoſa, perindéque acerbeſcentia, ventrem cohibent. At acida humorem offendentia, eum ſecant, & aluum ſubducunt. purũ inueniẽtia aſtringunt: at pira quæ nec dulcia nec acida, nec acerba, omnium peſſima.

DE CYDONIIS.

Cydonia multum ſtiptica, quæ ſi quis melle vel ſaccharo compoſita coctura aſſerua-

rit, ſtomachum confirmant, ac in dyſenterijs proſunt, flauam bilem comprimendo, córq; exhilarant.

DE MESPILIS ET SORBIS.

Tam meſpila quàm ſorba ſtipticum ventrẽ faciunt, fluentémq; adſtringũt. Suntq; adhuc impenſius ſtiptica ſorba.

DE DACTYLIS.

Dactyli dulces magis nutriunt, acerbeſcentes proſunt ſtomacho & ventrem compeſcunt. Omnino omnes difficulter concoquuntur & aluum adſtringunt, ſi plurimus vſus eorum fuerit.

DE OLEIS.

Oleæ pauci nutrimenti ſunt, præſertim nigræ: at aſperæ quæ fiunt colymbadæ ob acerbitatem conferunt ſtomacho, appetentiámq; cibi concinnant, cõmodiſſimæ quæ ex aceto componuntur.

DE NVCIBVS.

Nuces exigui ſunt nutrimenti, quæ recentes aquoſam vim habẽt facilius cõcoquuntur. & magis ſtomacho vtiles purgatæ tunica ſua præcipuè cum caricis manſę. Aridæ nuces aqua maceratæ, dẽpta tunicula,

loco viridium, recentiumq; habentur.

DE AMYGDALIS.

Amygdalæ exigui nutrimenti, dominatur in ipsis vis attenuãdi & absterg̃di. Amaræ vim plurimam habent secandi humores glutinosos.

DE PISTACIIS.

Pistacia parum nutriunt, iecori vtilia, difficulter cõcoquuntur, & stomacho inutilia. pulmonis meatus diducunt & anhelitus.

DE SILIQVIS.

Siliquę succi improbi, & bilis atræ, difficulter concoquuntur, & aluum cohibent.

DE CAPPARIS.

Capparus præcordia aperit, absterget pituitam, calculos dissipat. Ante alium cibum cum oxymelle, renes offendit & vesicam, quibus succurrendum zinzibere, vel tali aliquo.

DE AGRESTIBVS HOLERIBVS & lactuca ac intyba.

Agrestia holera improbi sunt succi. Lactuca minus mali succi, & parum nutrit. Postea intybum: prodest aluo cum oleo & garo

manſum, mediocriter concoquitur.

DE SEVTLO.

Seutlum ſtomacho inutile, ſi plurimū man ducetur, abſterget, & ob id vtile aluo, nec non iecori & ſpleni, oppilationes auferendo. præcipue cum aceto vel ſinapi māſum.

DE APIO.

Apium vrinarium, & vtilius ſtomacho cęteris holeribus, oblectat & crudum.

DE ERVCA.

Eruca admodū calefacit, generátq; ſemen, Venerémq; excitat, capiti dolorē inuehit.

DE NVTRIMENTO ANIMALIVM.

Animalium carnes optimum generāt ſanguinē, præſertim quæ melioris ſucci, qualis ſuilla eſt. Neruoſæ autem ſanguinem redundantiorem magiſque pituitoſum generant, magiſque porcina caro. At bubula craſſioris & melancholici humoris, vitulina & hœdina quàm caprina & bubula melior. Agnina ſanguinem generat humidiorem redundantiorémque. Ouium caro ſucci improbi & redundantis. Itidem caprarū plena acrore. hircorum & arietum inutiles

omnes,caſtratorum meliores. Veteres deterrimæ omnes.humore, cõcoctione & nutrimento.Leporina ſanguinem gignit craſſiorem,ſucco melior quàm bubula & ouilla. Ceruina mali ſucci, difficilis concoctu & terreſtris.

DE PARTIBVS ANIMALIVM PEDESTRIVM.

Pedes porcini vtiles,flauam bilem reſtringunt & tertianis febribus ob id congruũt. Secundo loco rictus,tertio auriculæ. Lingua laxa & exigui humoris. teſticuli mali ſucci,olidúmque quiddam habent.Callum ſi bene concoquatur,boni ſucci : ſin ſecus non iam bonum ſanguinem ſed crudum & pituitoſum generat. Cerebra ſucci improbi,difficulter ſiquidem concoquũtur & inutilia ſtomacho,& nauſeam generant ac redundãtiã.Medulla in oſſibus dulcior ſuauiórque,ſed nauſea cruditatem generat.ſin commode concoquatur, nutrit ex ſententia.Iecur cunctorum animalium craſſi humoris,difficulter concoquitur,& ferũ meatum habet.porculi prẹſtat omnia.Lien melancholicum humorem gignit, lædit tam iecur quàm lienem.Pulmo non difficilis cõcoctu ſed parum alit & pituitoſus.Cor durum & difficulter concoquitur.ſi bene con

coquatur alit multum, nec improbi eſt ſuc ci. Aluus autẽ & vulua & inteſtina, tametſi probe concoquantur, non ſatis probum ge nerant ſanguinem, ſed frigidiorem crudio rémque.

QVAE SIT AGRESTIVM ET CICVRVM ANIMALIVM DIFFERENTIA.

Cicurum carnes humidiores quàm agreſtes, quia aridiora agreſtia omnia cicuribus & perinde agreſtium nutrimẽtum minus redundans quàm cicurum. Volucres minus quadrupedibus nutriunt, at facilius concoquuntur, præſertim perdicum, attagenarum, gallinarum, caporum: columborum minus. Aridiores merulę, turdi, paſſeres, plus turtur. Item phaſſa anas. Gallinis pares phaſiani. Difficilis concoctu pauo. Anſeres redundantiores, & concoctu difficiliores. Iuuenes ſemper præponendæ vetulis. Alui anſerini nutriunt multum, & ſuauiores reliquis altilibus, facilius concoquũtur, & magis alunt alæ, ſicut etiam gallorum teſticuli.

DE PISCIBVS.

Trigla duriorem & in delicijs habitam car

nem habet. ob id magis alijs nutrit piſci-
bus, cum bene concoquitur. Sunt triglæ bo
næ quæ in puris vitam agũt locis, herbáſq;
non habẽt. Saxatiles piſces ſaluberrimum
nutrimentum ingerunt, & ſanguinem be-
nignum ſuggerunt, non inquam vt alij fe-
rè malum, ſed moderatũ. Gobius alijs me-
lior ſuauitate & concoctione, & ſucci præ-
ſtantia, qui in arenoſis litoribus, aut inter
ſaxa vitã agit, aut in fluminum oſtijs vel
paludibus. improbus præcipue ſi ibidẽ ca-
rabi. Ferè autem dura carne piſces conco-
ctu difficiles, non in ventre modo, ſed etiã
in venis, ſinguliſq; membris. Craſſioris au
tem ſucci qui molles carne, dracæna, ſcor-
pius, triglæ magnæ teſtaceam pellem ha-
bentes, ſalſum habentes communem ſuc-
cũ. magis alij & minus alij. Oſtridia nanq;
magis mollem habẽt alijs carnem. reliqua
vt carne duriora, ita concoctu difficiliora.
quæ deligenda tribuẽdáq; eis, qui corrum-
punt in vẽtre ex malo humore nutrimen-
tum, aut ex fluitãte iecore, illis nanq; ge-
neratur humor crudus. Ex mollibus carne
coctis multus deponitur ſalſus humor, ſitq;
talium caro difficulter corruptibilis, iúſq;
citat aluum adſtrictã, laxátq; vt ſunt oſtri-
dia, mutili, conchæ. Contrà duræ carnis dif
ficulter concoquuntur & nutriũt multum,

vt oſtrea, adſtringúntque aluum, vt aſtaci, paguri fluuiatiles & marini carabi, cammari, & id genus alia. Cętaria omnia vt vituli marini, delphin. Thynni, balenæ, xyphiæ, pernicioſi ſunt humoris, quia redundantiſſimi. & perinde ſaliũtur, vt in aliquẽ vſum modo perducantur. Mugiles & mænides, & bopæ pernicioſæ & redundantes: meliores qui alũtur in pelago, deterrimus paluſtris, fluuiatiles vbi fluit celeriter aqua, meliores, pinguiores peſſimi & difficiliores cõcoctu, ſtomacho deterrimi ac humoris peſſimi. Lupus autem tenuiorem generat ſanguinem, nec improbior hoc piſciculo alius.

PSELLI DE VICTVS RATIONE FINIS.